2 vr̃ in l. nũmis. ff. de le. iij. vbi † legatis nũmis. exiguiores deberi dicit. probatur etiam in l. apud Iulia. in §. ſcio ex facto. ff. de lega. j. in § fina. l. nam quod liquide. ff. de penu. lega. & in l. ſi ita ſit aſcriptum. in fi. de lega. j. vbi glo. Alex. Are. Iaſ. & alij communiter ita tenent, prout facit etiã Bar. in l. cum auus. ad fin. ff. de condi. & demonſtrat. propterea Deci. hic tenet hanc regulam non poſſe nec debere intelligi in legatis. Et mouentur præfati ſcribentes præcipue ea ratione, quia teſtator cenſetur hæredem

ſuum minus grauare quã ſit poſsibile.l.unum ex familia. in. §. ſi rem.ff. de lega.ij.aſſentit bis etiam Rom.in l.plures.ff.de dam.infec. dum ait,legata non eſſe amplianda, ſed reſtringenda,& in ſing.521. quæro quid ſi, cum alijs quæ adduximus in l.in obſcuris ſupra eo.Et ad hunc text. noſtrum reſpon.Dec.poſt Bar.intelligi debere reſpectu inſtitutionis conſeruandæ quæ caput eſt teſtamenti. §. ante hæredis inſtitutionem. inſtit.de leg.ideo fauorabilior eſt interprætatio teſtamenti reſpectu inſtitutionis, quã reſpectu legatorum, ita etiã Gozad. Bono,in conſ.lxxxij. colum.j.Cõfirmo ponderando uerba iſtius legis ibi,in teſtamentis. Item ibi, teſtantium. eo addito qđ teſtamentũ totum conſiſtit in hæredis inſtitutione,ut probatur in l.quæ conditio.ff. de condi.& demon. ubi Soci. notat, & Ruyn.in rub.ff.de leg.j.colum.iij. propterea non uidetur extranea interpretatio per teſtamentum hæredis inſtitutionem intelligere quæ eſt principalior pars,& caput teſtamenti, non autem in legatis quæ ſtricte interpretanda uidentur. iuribus præallegatis. Et exemplificari poteſt, hæc regula in l.ſi ita. ff. de liberis.& poſthum.ut per Bart. in d.l.cũ auus. Item in §.ſi ex fundo l.j.ff. de hære. 5 inſti.†ubi ſi quiſpiam ex fundo hæres inſtitutus fuerit, fundi mentione detracta in omnibus bonis factam inſtitutionem interpretamur,ut teſtamentum inſtituitoque ſubſiſtat, quã materiam late explicant Barb.in conſ.lxxj.lib.iij.Benedi. de Peruſio, in conſil.ix.in tertio dubio. Iaſo. in conſi.lxxij.uolum.iij. & in l.cohæredi.in §.ſi.ff.de vulg. & in l.centurio. col.xiij.vbi Lance.Galiau.lib.x.eod. titu.Itẽ exemplificari poteſt in duobus caſibus poſitis hic per glo. ad ſi. & melius in l.placet.cum l.ſeq. ff. de lib.& poſth. ubi ſi quis inſtituat ſibi hęredem poſthumum naſciturũm,intelligitur non ſolum de primo, ſed de omnibus alijs, & ſic fit plena interpretatio fauore teſtamenti conſeruandi,ut per Fely. in c.ij.col.pen. de treuga,& pace. Sed huiuſcemodi declaratio & intelligentia nõ placet, nec eſt tenenda, cum reſtringat regulam hanc generaliter loquentẽ ad hæredis inſtitutionem,contra vulgatam regulam.l.de pretio.ff. de publi.Et ſi ita intelligeremus & reſtringeremus l.iſtam non in teſtamentis, (ut dicit text.) plenior fieret interpretatio,ſed in parte teſtamenti. reſpectu inſtitutionis.ſ. Facit etiam d. l.cum auus.& l.cum acutiſsimi.C.de fideicommiſ. ubi pro conſeruatione voluntatis defuncti etiam præſumptæ,ac in ſubſtitutionibus lex fingit plus dictum quàm ſcriptum, ſicque plene interpretatur uoluntatem teſtatoris etiam in alijs partibus teſtamenti,quàm ſit in inſtitutione.Et ꝙ iſta pars ſit uerior probat hic tex.recte intelligendo, dum generaliter de teſtamentis loquitur, teſtamentum enim continet, & comprehendit legata, cæteraque omnia in eodẽ ſcripta,ut probatur in l. hæredes palam. in §.j.ff.de teſta.& inſti. de legat. in §.ante hæredis inſtitutionem,ubi dicitur, ꝙ teſtamenta uim capiunt ex inſtitutione hęredis,quæ ob id ueluti caput & fundamentum totius teſtamenti intelligitur, hæredis ergo inſtitutio non eſt totum teſtamentum,alias male diceret imperator ꝙ teſtamentum uim accipit ex inſtitutione hæredis; eſſet enim perinde ac ſi diceret inſtitutionem hæredis, ex inſtitutione uim capere, quod eſſet ineptum & fatuum dicere item cum inſtitutio dicatur caput teſtamenti, datur intelligi alia in eo ſcripta, & contenta eſſe mẽbra teſtamenti, ſeu

de teſtamento. facit etiam l. j. ff. de teſtamen. cum ibi not. Et teſtametum
4 † eſt quoddam incorporale & intellectuale, ſecundum glo. in d. l. j. & uult dicere ſecundum Bal. & Aret. ibi. col. fin. ꝙ teſtamentum non dicitur ipſa ſcriptura teſtamenti, ſed diſpoſitio teſtatoris quæ intelligitur per ipſam ſcripturam. unde duæ tabulæ ſimul ſcriptæ & ſignatæ unum ſunt teſtamentum. l. unum. ff. de teſta. l. j. in. §. ſi quis duobus. in. ij. reſponſo. ff. de bon. poſſ. ſecundum tabu. ex quo infertur ad quæſtionem, de qua ꝑ Areti. loco prællega. Quicquid ergo dixerit hic Deci. & Gozadi. loco præalleg. regulam iſtam generaliter intelligas in teſtamentis, & in ultimis uoluntatibus, ſicque & in legatis in teſtamentis relictis, & in codicillis q̃ largo modo appellatione teſtamenti ueniunt, ſecundum gl. in d. l. j. ff. de teſta. cum not. ibi per Are. in pe. co. ac Iaſ. & alios in rub. ff. de leg. j. ꝙ fieri debeat. uidelicet. plenior interpretatio quàm in contractibus, ut hic ꝑ gl. & eſt tex. clarus, in c. cum dilecti, de don. hocque eſt fauore ultimæ uoluntatis, quo effectũ ſortiatur iuxta mentem defuncti. Vltimæ enim hominis uoluntati leges plurimum fauent. ff. de inoffi. teſta. l. ſi pars. c. fi. de re iud. l. j. ubi doct. not. C. de ſacroſ. eccl. l. in cõditionibus. in princ. ff. de cond. & demon. ubi Soci. poſt Bald.
5 ibi relatum dicit, † ꝙ lex proſequit̃ voluntatem defuncti, ſicuti uenator leporem, plures prærogatiuas & fauores ultimarum uoluntatũ congerit. Iaſ. in l. quę de legato. ff. de leg. j. & plenius Mod. Taurin. ſ. Parpa. olim præceptor meus in l. j. C. de ſacro. eccleſi. nã ut dicitur in l. uel necare. ff. quẽadmo. teſt. ap. expedit hoĩum iudicia exitũ habere, ideo ſtatutũ ꝓ uoluntatis defuncti fauorabile eſſe dicit̃, ut hic ꝑ Dec. Procedit ergo iſta regula fauore vltimæ voluntatis, locumque ſibi uendicat, vt dixi in codicillis, qui largo modo teſtamenti appellatione ueniunt, & ſi-
6 militer † locum habet in legatis quatenus voluntas defuncti concurrit, concurrereue prę ſumitur, prout erat in caſu conſultationis. Anton. de Butr. in conſ. xxx. vbi probat relictũ habitationis filiæ factum in caſum uiduitatis, late debere intelligi; & interpretari tam de prima uiduitate, quàm de alijs ſequentibuſ viduitatibus, propter præſumptam defuncti voluntatem in omni viduitate militantem, ſequitur Fely. in c. ij. col. pe. de treug. & pac. Hinc eſt etiam ꝙ iuriſconſultus in l. iij. ff. de vino tritico oleoque lega. vino, inquit, legato, et amphoras vinum continentes legatas videri, quin credibile eſt mentem teſtatoris eam fuiſſe, vt voluerit vino acceſſioni eſſe amphoras, facit text. pro hac parte. l. titiæ textores. ff. de leg. j. & l. ſeruis vrbanis. ad fi. ff. de leg. iij. Poſſet etiam comprobari ex accumulatis, per Deci. in conſil. cclxxxix. dum congerit caſus, ubi in legatis fit plenior interpretatio propter præſumptam teſtatoris uoluntatem. Dicendum eſt ergo generaliter in teſtamentis & contentis in illis fauore vltimæ voluntatis plenio rem fieri debere interpretationem, pro conſeruatione & executione voluntatis defuncti. In legatis tñ quia teſtator cẽſet̃ minus hæredẽ ſuũ grauare, quã ſit poſſibile, qđ minus eſt legatũ cẽſet̃. d. l. nũmis legatis. ſicq; exiguũ ꝓſtandũ eſt, q̃a voluntas defuncti ꝑſumit̃ fuiſſe talis, ꝙ ſi largior fieret interpretatio offenderet̃ ipſa defuncti voluntas, quã ꝓ lege ſeruari ordinauit lex. §. diſponat in auct. de nupt. vnde videmus ꝙ vbi voluntas teſtatoris ꝓſumit̃ fuiſſe velle plus legare, nõ aũt ad exiguũ ſe referre,

tũc fit larga interpretatio, vt p Dec. in d. regula in obſcuris. & cõ. cclxxxix. Ludo. Goza. in cõ. lx. col. ij. & cõ. lxxxij. col. j. & ij. & p alios ſcriben. in locis p me citatis in d. l. in obſcu-
7 ris. Qđ † aũt plenior fiat interpretatio in teſtis, & vltimis volũtatibus, quã in ꝯtibus duobus modis ꝓbat hic Deci. ſubiũgẽs valere tũ argu. de teſtõ ad ꝯctus, quãdo eadẽ militaret rõ. vide Iaſ. plura cumulantẽ in l. ſeruum filij. in §. eũ qui chirographũ. ff. de legatis primo. & in l. quę de legato. eodem titu. & Deci. in cap. in pſentia. col. xvij. vbi limitat de ꝓb. Et rõnem diuerſitatis dicit poſt alios. Aquen. in l. fi. ff. de cõſti. prin. co. v. Quæ tamẽ cõfundiẽ p generalitatẽ l. noſtræ. & l. in ambiguo. ff. de reb. dub. cum ibi not. per Soci.
8 Et ad id qđ pal. dicũt de † relictis in teſtõ quæ habẽt paratã executionẽ; ſecus in ꝯtractibus & alijs inſtris, q̃ regulariter nõ habẽt executionẽ paratã, tex. eſt ſing. quẽ viua voce a Iaſ. didici dum ſcholaris eius eſſem, in l. minor xxv. annis cui fideic. ff. de minor. ibi, ad initiũ nouæ petitionis redigerat. de quo plura, vide p Paul. de Ca. in cõ. lxxiij. colũ. quarta. & v. in antiquis. eundẽ. & Aret. in. l. ſi pacto quo pœnã. C. de pact. Barba. cõ. xlij. col. pe. lib. j. & cõſ. ibidẽ ſequẽ. Cor. cõ. ccxxxviij. & cclix. vol. iij. Alex. in l. ſi cũ dolũ. in §. eo. autẽ tpe. ff. ſolu. mat. Lanc. Dec. in l. in bonæfidei. co. pe. C. de pac. Bar. in l. j. in iij. not. p illũ tex. C. de cõfeſ. Iaſ. in d. l. quæ de legato. & in l. tale pactũ. in §. qui ꝓuocauit. col. fi. ff. de pac. Matthæ. de Affl. in deciſ. regni. ccclxxxvij. in qui-
9 bus locis hẽt † de cõfeſſione facta in iudicio quæ paratã hẽt executionẽ, vt ſnia. De couẽtionib. corã iudice factis, dubitat ibi Iaſ. ſed in hac pa-
10 tria † inſtra couentionũ initarũ corã illuſtribus Sabaudiæ cãcellario, & ciſmontano pſide, quæ ipſi appunctuaméta vocant, paratã habẽt executionẽ, ita cõſuetudine inductũ eſt, & ipſi ſeruari faciũt. ꝓ quibus facit l. j. ff. de offi. præf. præt. vide ẽt oĩno Dec. in auct. ſi quis in aliquo. in iij. not. C. de eden. Et quãdo ex forma ſtatuti inſtrm hẽt paratã executionẽ, ſi ꝯ inſtrm ſint indicia, executio debet in ſuſpẽſo teneri, donec euacuata fuerint indicia, ut p Barb. in locis pall. ex quibus exornari poſſet d. l. minor. xxv. annis cui fideic. Glo. hic in pluribus reprehendiẽ p Batto.
11 & † primo, dum legato vino vaſa. inquit, deberi, ſecus in venditione: & ſic fieri pleniorẽ interpretationem in teſtamentis, quã in ꝯtibus. nulla .n. eſt in prædictis caſibus differẽtia, quia vaſa parua & modici valoris, veluti amphoræ, ita debenẽ vẽdito uino ficuti legato. l. pe. ff. de trit. vino. lega l. iij. eo. titu. vbi glo. melius & correctius quã hic loquẽs ſic voluit. Ite-
12 rũ dũ glo. ponit † de anguſtijs tpis quæ non vitiant in teſtis, ſecus in ſtipulationibus. hoc falſum eſſe dicit Bar. ſed nõ eſt ita per §. loca. in glo. alle. vide tu Bar. Iaſo. & alios, in d. l. ſi mihi & tibi. in §. j. ff. de le. j. cõiter dicẽtes, ꝙ in ꝯtib. bonæfidei, & in vlti. volũtatib. quæ illis æquiparanẽ anguſtiæ tpis nõ vitiãt, ſed reijciunẽ, ſecus in ꝯtib. ſtricti iuris, vt ibi p eos.
13 Tertio dũ gl. dicit hæredẽ † ſoluere tributa pterita rei legatæ, nõ ſic in vẽditore. Bart. reprobare videẽ, & ꝓ certo vbiq; cõuenit poſſeſſor, qui recupare, tã legatarius ab hrde, quã a vẽditore emptor. l. apud iul. í §. hrs. cũ ibi no. p oẽs ſcrib. ff. de le. j. & ĩ l. impatores. ff. de public. Are. ꝯſ. cv. & Barb. cõ. 84. li. iij. Rurſus dũ glo. di-
14 cit † fundũ hoſtiũ poſſe legari, ſed nõ in ſtipulationẽ deduci. Bart. hic ꝯdicit pp regulã catonianã. Iaſ. reprehẽdit rõnem Bart. & melius diſtinguit

in l.liber homo.ff.de uer.obli.& in l. id quod apud hoſtes.ff.de legat. j.ꝙ res quæ ſemper fuit hoſtium legari non poteſt, nec in ſtipulationē deduci,niſi ſub cōditione ſi de ſierit eſſe hoſtiū;ſecus in re quæ noſtra fuit, ſed ab hoſtibus occupata, quia propter ius poſtliminij,& promitti,& legari poteſt,ſed quia hoc non eſt præſentis ſpeculationis, neque materia noſtra,uide latius per ſcriben. in locis præallegatis.

15 In reſcriptis,&† conceſsionibus principum fieri debere largiſsimam interpretationem glo.hic aſſerit, ſed diſtinguendum eſt, ut per Iaſon. & Aquen.in l.fina.ſupra de conſti.princip. In donationibus clarum eſt ſic fieri debere,c.cum dilecti,ubi per canon.de donatio. Poſtremo nōnulla ſeruientia ad faciendam interpretationem tam in rebus obſcuris, quàm in rebus dubijs;etiam in teſtamētis tradit Brunus Aſten. cumulando deciſiones doct.in uarijs locis ſparſas in quodam ſuo paruo tractatu de rebus,ſeu diſpoſitionibus dubijs.

SVMMARIVM.

1 *An uerbum uidetur denotet fictionem, & quando.& nu.3.*

2 *Verbum, capere, quid ſignificet. & nume.4.*

5 *Deberi non dicitur; quòd perpetua exceptione defendi poteſt.*

6 *Capere non uidetur, qui tantum erogat,quantum accipit.*

7 *Maritus legans dotem alicui, ut uxori ſuæ reſtituatur, falcidia hoc caſu ceßat. L. cum dotem .ff. ad legem falcidiam ornatur.*

8 *Actio intentata permittitur exceptione oppóſita.*

Niſi quo ad ea quæ extrinſecus ueniunt nume.9.

L. XIII. Vlpianus.

NON uidetur cæpiſſe qui per exceptionem remouetur a petitione.

Facit ſecundum Deci. alia regula.l.nihil intereſt.& l.ſi quis obligatione.in §.j.infra eod.immo hæc ſecunda eadem uidebatur,& propterea ſuperflua. Sed diligenter conſiderando multum differre conſpiciuntur;hæc eſt magis generalis, de omni petitione, illa de agente ex ſtipulatione. hæc de eo qui a petitione per oppoſitam exceptionem remouet, illa de eo qui poteſt ſubmoueri, ſicque de potentia ibi, de actu hic tractat,ſubiungitque ibi iuriſconſultus regulam illam ad declarationem uerbi cœpiſſe cuius meminerat in princip.l.† & not.ꝙ iſtud uerbum uidetur,denotat fictionem.l.j.§. deieciſſe uidetur.ff. de ui & ui arma. & Bar. hic nihil aliud ſcribens, & per eundē in l.ſi quis pro emptore. colum. iiij. ff.de uſucap.& in l.ſi unus. in §. pactus ne peteret.colum.pen.ff.de pac. ubi exemplificat regulam iſtius l. dū ait,quemadmodum ille qui habet actionem quæ exceptione eliditur eā habere nō uidetur,ut in regula. l.noſtræ. quæ utitur uerbo uidetur quod eſt fictionis not.ita ille qui habet exceptionem quæ replicatione eliditꝰ, non uidetur eam habere, & conſequenter per fictionem dicit Bartol. Quæ declaratio procederet ſi iuriſcōſultus loqueretur de habente actionem,ut Bart.præſupponit, ſed quemadmodum uerba regulæ demonſtrāt alio modo loquitur, aliaque eſt mēs iuriſconſulti,ideo crederem uerbum uidetur,hoc loco ueritatem denotare,quia pro ueritate, qui remouetur per exceptionem a petitione, nō dicitur

citur capere propterea iuriſconſultus
optime dicit,non videri eum cœpiſſe,
2 quia pro veritate nō cœpit. Et † pro-
prie capere eſt cū effectu & penes ſe
retinere,quicquid ſit de verbo accipe
re:ut ē tex.not.in l.aliud eſt caper. de
3 verborum ſig. Et ꝙ † verbū, videtur,
licet regulariter fictionē denotet poſ
ſit veritatem referre ac denotare,præ
cipue ſecundum ſubiectam materiā,
indubitati iuris eſt, vt per Are. in l.ſi
duo,in vlti.not.ff.de acqui.hære. vbi
ponderat illum tex.probātē verbum,
videri,ſemel in l.poſitum, importare
veritatem & fictionem facta relatio-
nē ad diuerſos caſus, & per eundem
Are.in l.ſciendum, in ſecundo nota.
vbi Aquen.colum.ij.ff.de verb. obli.
Areti.& Aquen. in.l.naturaliter . in j.
not.ff.de acquiren.poſ.Iaſo.in l.cum
quis.colū.ij.C.de iuris & facti ignor.
& in l.qui liberis in §.hæc verba.col.
iiij.ff.de vulga. Cano. in c.j. in vlti.
not. de iudic. Exempla autem & li
mitationes glo. ſecundū Decium nō
videntur cōuenire verbis regulæ no-
ſtræ,quæ etiā.primam acquiſitionem
excludit.dum ait, remouetur a peti-
tione, & in caſibus glo.nō remouetur
a petitione,licet alteri res reſtituenda
veniat.Sed nonne exempla glo.de pe
tentibus conſulto deleta in teſtamen
to, qui exceptione repellūntur:ut di-
cit tex.in l.j.ff.de his quæ in teſtamē.
del.optime cōuenit verbis regulæ no
ſtræ:certe ſic,quia tales cœpiſſe non
videntur, a primaq; excluduntur pe-
titione. Sumi igitur potuit hæc re-
gula ab illa lege & ab infinitis ſimili-
bus. Textum vero hic in verbo, cœ
4 piſſe. † Deci. ad finem meliuſquam
gloſ. exponi dicit.i.inchoaſſe, & pe-
tijſſe: de quo miro, quia abſolutæ &
generaliter loquendo cœpiſſe pro in-
choaſſe capi non ambigitur, iuxta il-
lud poeticum.Dimidium facti,qui be
ne cœpit habet. &.§.cœpiſſe.l.j.ff.de
pollicit.Sed talis expoſitio & ſenſus
tantum hic conuenit quātum magni
ficat ad horas matutinas, ut patet li-
teram intuēti. eſt igitur melius inter
prætari cœpiſſe .i.acquiſiuiſſe,& cum
effectu habuiſſe,ſecundum ſignifica-
tum uerbi capere. iuxta.dicta l.aliud
eſt capere.

Et per hanc regulam infertur ad
5 aliquas not.quæſtiones, ꝙ † illud
deberi non dicitur qđ perpetua ex-
ceptione defendi poteſt. nec dicitur
eſſe in negligentia ille,qui non petijt
debitum, a quo per exceptionem po
terat excludi, quia male ager dicitur
ille cui obſtat exceptio,ut hic ꝑ Dec.
Et conſiderato effectu ultra glo.
plura ſimilia adduci poſſent, in pri-
6 mis ꝙ † capere non uidetur qui tan-
tum erogat,quantum accipit l.ciuita
tibus §.fina.ff. de legat.j.& in regula
non uidetur quiſquam. cum ibi not.
7 per Deci.infra eodem. Et ſi † maritus
alicui dotem legauerit,ut uxori reſti
tuatur ceſſat falcidia ut omiſſa inter-
poſiti capientis perſona inſpectetur l.
cum dotem .ff.ad .l.falcid. hinc dicit
Bald.in l.auia in §.ticio. per illū tex.
ff.de condi.& demon. ꝙ ſi mihi factū
fuerit legatū, ut ad pias cauſas amo-
re dei reſtituam,& primum legatum
& ſecūdum inſpectu fine ad pias cau-
ſas dicitur,ut etiam per Paul.de Ca.
in d.l.cum dotem.dicentem, ꝙ ſi iu-
re legati bona alicui relicta ſint ea le
ge, ut inter Chriſti pauperes diſtri-
buat, etiam per primum legatarium
falcidia detrahi nequit, quia qualitas
pauperum, ad quos tandem debent
peruenire bona inſpicitur, vt conſu-
luit Deci.in conſi.cccccciiij. qui plu-
ra ſimilia congerit in conſil.ccccclix.
vide etiam Petr. de Ancha.in conſil.
clxxij.col.j.Soci.conſil.lxxvij.col.v.
& conſilio ſequenti.& conſil. cxliiij.
col.fina.uolum.j.& conſil.cxv.col.ij.
lib.iiij.Crotum in repe.l.frater a fra-

tre, in iij. limi. xij. q. ff. de condi. inde. & Dec. in auđē. præterea in iij. lim. ultimo. C. unde uir & uxor quæ omnia ſignāda ſunt ad l. cum dotem præal.

Aduertendum eſt ēt ad intelligen
8 tiam iſtius legis,†quæ, ut in ſuperioribus dixi, loquit̄ de actu & reali oppoſitione exceptionis: de potētia uero loquetur in §. j. l. ſi quis obligatione infra eo. ideo neceſſe nō eſt, ꝙ opponatur exceptio, ut a petitione remoueatur agens. alias ſi potentia nō deduceretur ad actū cōdemnaretur conuentus ut hic latius per Deci.

9 Limitātem†poſtremo regulā iſtā reſpectu principalis petitionis, quæ perimitur oppoſita exceptione, ꝓut loquitur ſecus quo ad ea quæ extrinſecus ueniūt quia vr̄ quis peteṙ, licet per exceptionē repellatur l. amplius non peti. ff. rē ratā habe. cū ſimilibus per eū adductis. quæ dicta in ſe uera ſunt, ſed pro limitationibus non conueniunt uerbis noſtræ l. quæ non ꝑpoſuit quæſtionem ſub verbo petere, aut ſub uerbis, actionem habere, ſed ſub uerbo cœpiſſe, quod cum effectu, ut dixi intelligitur.

SVMMARIVM.

1 *Promiſſum ſimpliciter, præſenti die debetur, ſed cum aliquo temperamento limita. nu. 3. & 4.*

2 *Promiſſio qualibet pura habet tempus in executione ad ſoluendum.*

5 *Breuitas tēporis operatur ne quis in mora conſtituatur. & poſt nu. 8.*

6 *In promiſſionibus tota dies cedit.*

7 *§. decem hodie l. liber homo ff. de uerbo. obligatio. quando habeat locum & poſt nume. 8.*

8 *Tempus, licet breue, interpellat pro homine.*

9 *Tempus certe ætatis requirit interpellationem ad moram.*

10 *Obligatio quando dicatur pura.*

L. cedere die ff. de verb. ſignific. ornatur per totam legem.

11 *Diem cedere, & uenire quid ſit, & quādo dicatur.*

12 *Dies tacita qua ratione loci ſubintelligitur non impedit obligationem naſci ante diem, ſed bene actionem. limita numero 13. 14. 15.*

16 *Creditor ad diem certam an poſſit agere, vt adueniente die ſibi ſoluatur.*

17 *Agens ante diem quando dicatur male agere. & num. 18. 19.*

20 *Ante conditionem neque ceſſit, neque uenit dies, quia nec obligatio, nec actio nata eſt.*

21 *Conditio executioni appoſita non, facit actum conditionalem: Et quando diſpoſitioni vel executioni dicat appoſita, num. 22.*

23 *Conditionis natura eſt actum ſuſpendere. Et quid de modo. nu. 24.*

25 *Promittēs partem vini naſcituri in tali vinea, non obligatur niſi probato, quod vinum natum collectumq́; ſit.*

Quod procedit in qualibet diſpoſitione conditionali num. 28.

26 *Relatiuum adiectum uerbo futuri temporis inducit conditionem.*

27 *Iudex ſub conditione datus non habet iuriſdictionem niſi purificata cōditione.*

29 *Conditio habetur pro cauſa.*

L. XIIII. Pomponius.

IN omnibus obligationibus, in quibus dies non ponitur, præſenti die debetur.

Svmitvr hæc regula ex ll. in glo. allegatis & eſt clariſſima quantum ad corticem & ſonum uerborū, ſed in materia difficilis & ſpeculatiua Doct. hanc materiam plene examinant in l. in illa ſtipulatione. in l. interdum in l. eum qui calendis. in §. quotiens & in l. ita ſtipulatus. la grāda. ff. de verb. obli. & in l. j. ff. de con-

di.& demõ.& in ∽.oĩs inſti.de uerb. oblig. ꝙ facile eſſet fimbrias dilatare: ſed quia materia ordinarie in dictis locis traditur, inconueniens uidetur eam huc transplantare: dicam tñ & declarabo nõnulla neceſſaria & nota tatu digna. Diligenter igitur pri-
1 mo no.eſt ꝙ † licet ſimpliciter commiſſum, præſenti die debeatur, & peti poſſit l.liber homo in §.decem hodie.ff.de uerbo.oblig.& dicto §.omnis ſtatim tamen exolui non debet nec exigi poteſt, ſed cum aliquo temperamento & temporis ſpatio, ut hic per glo. Ideo eleganter dixit iuriſcõſultus in l.quod dicimus.ff.de ſolut. ꝙ creditor recepturus pecuniam ſibi debitam uenire non debet cum ſacco paratus dandum eſt enim aliquod ſpacium temporis. Hinc eſt ꝙ licet interpellatio cõſtituat debitorem in mora l.ſi ex legati cauſa.ff. de verb. obli.l.quod te.ſi certum peta. intelligitur tamen ciuiliter nõ ad unguem, ſed cum moderato ſpatio temporis arbitrio iudicis limitando: ut per gl. ſolennem in l.emilius.in uerbo reſtitui.ff.de min.& in l.diuortio.in prin. ff.de neg. geſt. Deci. hic & in d.l.qđ te.col.iij.Iaſ.in d.l.ſi ex legati cauſa. in iiij.nota.& in d.§.decem in d.l.eũ qui in §.quotiens.ff.de uerbo.oblig.
2 Vbi propterea dicit, ꝙ † quælibet promiſſio pura miſerationis gratia, tempus aliquod habet in executione ad ſoluendum, & ubi a iure taxatum nõ reperitur taxãdum eſt a iudice, ad qđ uide Bar.& alios in d.l.qđ dicimus.
Limita prædicta † in præcario qđ ſtatim præciſe reuocari poteſt, nec recipiens conqueri poteſt ſe decipi, ex quo iſta eſt natura præcarij, de qua recipiẽs a prĩcipio cogitarĩ potuit. Dec. hic & in l.cõtractus.col.ij.infra eod.
4 Item limita prædicta, niſi † quis ꝓmiſiſſet hodie uel præſenti die ſolue re quia exactio in ipſo die tunc non impeditur propter ſpecificam expreſſionem temporis, licet ſecus ſit in ꝓmiſſione ſimpliciter facta. Ang. in d. §.omnis & per Deci. hic ad fi. Facit quod ſcribit in Bald.l.j.C. ne lice.in una eademque cauſa tertio prouoc. de promittente ſtatim uel in proximo ſoluere, qui conſtituitur in mora per tranſitum horæ: ſicuti ſi ſolutioni eſſet appoſita dies abſque interpellatione aliqua, ut ſic uerba aliquid operentur. Areti.tamen in d.l. ita ſtipulatus magna colum. penulti.reprobat Bald.per l.ſi decem cum petiero illo.eo.ti.de uerb.oblig.vbi cõditio quæ tacite inerat, nõ aliter operatur ſi ſit expreſſa ad faciendum cõmitti cinus tardiuſue obligationem Facit eiuſdem Bald.dictum in l.ſi mihi & tibi in §.j. ff.de lega.j.per illum text.quòd breuitas temporis opera-
5 tur † ne quis in mora conſtituatur, & ſequitur Iaſ.in d.l.decem col.ij.uerſ. unus ex uobis.& Soci.in d.§. j. confirmãs ratione. nam mora eſt delictũ neglig ẽtiæ l.mora ff.de uſur. quæ negligentia nõ dicitur eſſe ubi adeſt impoſſibilitas facit text.l.ratum & l.qđ dicimus.ff.de ſolu. qui utuntur uerbis mox, & ſtatim, & tñ cum temperamento temporis promiſſionem intelligi debere, uolunt. Et ꝙ Angel.& Deci. male aſſerant eadẽ die promiſſionis exactionẽ fieri poſſe liquet ap-
6 te, qa † tota dies cedit, & añ lapsũ diei exactio fieri nequit immo nec agi, petiue, d.§.oĩs & l. qui hoc anno ff. de uerbo.obli. Niſi dicas Deci.& Ange. loqui qñ dies hodierna apponitur ꝓmiſſioni: ſecus ſi ſolutioni uel actui ſolutionis, quia dies ponitur tunc ad differẽdã ſolutionẽ, & ſic ante lapsũ diei agi, uel peti nõ põt, ſm cõiter a ſcribentibus receptam ſententiã, vt per Iaſo.in d.§.decem hodie colum. fi.in quarta limita. Ex hoc tamen nõ defenditur nec defendi poteſt opi

nio Ange. & Decij ſuperius relata, qui loquūtur, ut eorum uerba demõſtrant, qñ dies fuit appoſita ſolutioni: quo† caſu locum nõ habet diſpoſitio d. §. decem hodie. ut ibi ꝑ doct. Preterea in caſu ipſius §. decem licet ea die agi petique poſſit exactio, tñ differri debet arbitrio iudicis, nec cum ſacco paratus venire debet creditor: ut ſupra dixi, & ad limitationẽ ipſius §. decem. tradit poſt alios. Iaſ. ibi col. ij. in prima lim. Male igitur loquuntur Ange. & Deci. uolẽtes in ipſo promiſſionis die exactionem fieri poſſe. bene arbitrarer ꝙ poſt lapſum diei factę promiſſionis in termini nis ꝑdictis poſſet exactio fieri, ꝑ deciſionẽ Bal. ſupra relatã, de promittẽte ſtatim uel in proximo ſoluer, debitori. n. imputandũ uidetur, qui fidẽ ſuã ad breue tpis ſpatiũ ſic aſtrinxit, quaſi haberet pecuniã paratã, quicquid n. dixerit Iaſ. in d. §. decem in uerſi.

8 unus ex uobis. tẽpus † expreſſum, licet breue, interpellat, quia ſi promitto decẽ hodie dare, lapſus iſtius diei me interpellat & in mora conſtituit, ut uolunt Ang. & Imo. in d. §. decem & facit l. magnã ĩ ſui generalitate. C. de contrahẽ. & cõmit. ſtip. Nec ob. §. decẽ quia nõ dicit ibi ꝙ nõ cõſtituat in mora, ſed ꝙ nõ dat dilationẽ debitori. nõ. n. cẽſetur appoſitũ gratia debitoris ſed potius creditoris, ꝓut in ſimili habetur in d. l. ſi decẽ cũ petiero. Neq; refragatur ꝙ dixi Bal. de termino nimis breui, quia intelligit qñ eſt tanta breuitas quæ promiſſionem impleri impediat. prout loquitur §. ſi ſeruos quos gadibus. in quo Bal. fundat ſe, ut ẽt declarat ibidẽ Soci. ꝙ nõ cõtingit in terminis nr̃is, & præal. § decẽ & ita conſulẽdo tradit Cor. lib. j. cõſi. xxvj. ubi cõſuluit, ꝙ ille qui ꝓmiſit proficiſci incontinẽti Aretium cũ inſtrumẽto ad faciẽdũ certũ quid, abſq; aliqua interpellatione cõſtituitur in mora, ſi nõ acceſſerit intra tempus, intra qđ cõmode ire poterat, ꝑ appoſitionẽ termini incõtinẽti. Et ad l. ſi decẽ cũ petiero. iuxta inductionẽ Are. ſupra relatã reſponde, ꝙ expreſſio ibi fiebat per eũ modũ per quẽ tacite inerat, ideo nihil operatur, ut per eundẽ Are. & Iaſ. in d. §. decẽ, colu. j. & ij. ſed in quæſtione ꝓpoſita expreſſio aliter fit quã tacite ineſſet: tacite n. inerat ꝙ ſolutio & exactio fieret cum interuallo & moderato tpis ſpatio, ut prædiximus. & expræſſio cãtat ꝙ fiat ſtatim, incontinẽti, uel in ꝓximo ideo nimirum ſi aliquid longũ tẽpus ad ſoluendũ non concedit. Sciastñ, ꝙ † tẽpus certæ ætatis habens cõ-

9 di. purificare, non conſtituit debitorem in mora ſine interpellatione: ut per Decium in conſi. ij.

10 In obligationibus † igitur, in quibus dies non ponitur, præſenti die debetur. ſicq; obligatio eſt pura, ceſſitque, et uenit dies, quia obligatio cũ actione orta eſt l. cedere diem. ff. de uerb. ſig. licet exactio differatur ſm

11 dicta in ſuperioribus. Cedere † ãt diẽ (ut eleganter declarauit iuriſconſ. in d. l. cedere) ſignificat incipere deberi pecuniã uenire diẽ, ſignificat eũ diẽ ueniſſe quo pecunia peti poſſit, ubi pure quis ſtipulatus fuit, ut in regula. l. noſtræ, & ceſſit (ait ibi iuriſconſul.) & uenit dies. ubi in diem, ceſſit dies: ſed non dum uenit, ubi ſub cõditione, neque ceſſit, neq; uenit dies pendente adhuc conditione.

Limitatur tñ primũ mẽbrum niſi dies tacite ſubintelligatur rõne loci, uel rõne rei promiſſæ: ſed nõdũ ineſſe productæ, aut ex uolũtate diſponẽtis, uel ex qualitate actus, ſeu contractus, ut hic ꝑ Deci. col. j. & ꝑ doct. in locis præal. ſ. & Bru. Aſten. in tract. de rebus ſeu diſpoſitionibus dubijs fol. xxv. ubi dicta Decij hic reaſſumpſit aliquibus additis. Sed inſtat

12 not. dubitatio†de die tacita quæ rõne loci ſubintelligitur, an ante dictã diẽ obligatio nata ſit? Bar. in l. interdũ ff. de uerb. obl. cõcludit ꝙ ſic, ſed non actio: per illũ tex. Oppoſitũ tenet ibi Iaſo. cuius arg. reſpondet hic Deci. tenens tñ contra cõmunẽ ꝙ ante diẽ quę tacite ſubintelligiẽ nõ ſit nata obligatio. per tex. ubi Aret. in l. continuus in §. cũ ita. in fi. ff. de verb. obli. dum ibi dicitur, ꝙ ſi ille qui certo loco dare promiſit, celerius quam fieri ſolet ad talẽ locũ peruenerit: ſtatim ꝙ ad locum applicuit, obligatus eſt: ergo prius non erat obligatus. Non recedo a cõi ſñia per d. l. cedere diẽ dũ ait, ubi in diẽ quis ſtipulatus eſt, ceſſit dies, & incipit deberi pecunia, ergo nata obligatio? nec refragatur ꝙ loquatur in die expreſſa: quia taciti & expreſſi par eſt uirtus l. cũ quid. ff. ſi certũ peta. Et ſi expreſſa nõ impedit ortũ obligationis, minus tacita. Probatur ẽt ſubtiliter inducẽdo in l. eũ qui calẽdis, in §. quotiẽs. ff. de uerb. obli. quotiẽs, inquit, dies nõ ponitur in obligationibus, ꝓſenti die debeẽ, niſi locus adiectus ſpatiũ tp̃is indicat: ergo probat natã obligationẽ alias nõ deberẽt pecunia. Ad text. Are. in §. cũ ita reſpõde, ꝙ ſtatim obligatus eſt. ſ. cũ effectu: prout uerba intelligenda ſunt, & nõ uerbotenus. l. j. §. hæc ãt uerba ff. ꝙ quiſq; iur. ꝓbaturq; dicta ſol. per tex. cũ gl. faciẽte ſimilẽ expoſitionẽ, deberi. ſ. cũ effectu in d. l. eũ qui calendis in §. fi. obligatus igitur tũc erit cũ effectu, quia agi poterit & exactio fieri. antea uero obligatus quidẽ erat ꝑ ꝓdicta, ſed non cũ effectu: cũ actio minime nata foret. Et ꝙ dies tacita impediat natiuitatẽ actionis, ſed nõ obligationis: tradit Aquẽ. nõnulla dicẽs, in d. l. ita ſtipulatus magna §. fi. co. pe. & fi. ubi

13 poſt Bar. & alios limitat † qñ tp̃s incertum eſſet, puta qñ quis ſtipulatus fuit aliquid dari uel fieri poſt eius mortẽ, quia tunc impedit natiuitatẽ obligationis & actionis, quæ ſolũ ab hærede & ꝯ heredem incipit l. j. C. ut actio. ab hæredi. & ꝯ hæred. Et reprobata rõne Bar. Aquẽ. aliã aſſignat, quia qñ quis ſtipulatur poſt mortem ſuã, uidetur hæredi ſuo ſtipullari uel le, ita ꝙ nunquã obligatio in perſona ſua accipiat uires. quod licet de iure antiquo impoſſibile uidereẽ, per l. quicunq; ff. de actio. & obli. tex. tñ in §. poſt mortẽ, inſtitu. de inuti. ſtipul. hoc putat rõnabile ꝑꝑ cõſenſum partium, qui & ſi non poſſit natiuitatem obligationis impedire per oppoſitionẽ diei tãtũ: ut declarat Bart. in d. l. ita ſtipulatus tñ qñ cum tp̃e concurrit perſonarum diuerſitas, ut in terminis quæſtionis prædictæ, hoc bene fa

14 cere põt. Et fortius†ubi ultra incertitudinem diei alia quoq; in promiſſione deducta incerta ſunt, ut in promittente fructus ex fundo percipiendos. hæc. n. eſt maxima incertitudo conditionẽ ſapiens, ideo nec obligatio nec actio interim oritur l. j. ff. de condi. & demon. & ꝑ Bar. in l. interdum. ff. de

15 uerb. oblig. Item † quando in obligatione deductum eſt id quod ſui natura ad hæredes nõ tranſit, prout eſt vſufructus: tunc ante diem non naſcitur obligatio, nec actio l. j. in fi. cum l. ſeq. ff. qñ dies leg. ced. ubi iuriſcõſ. rõnem aſſignat & tradit Matthæus de Afflictis in deciſione regni cclxxix. ubi diſcutit practicabilem quæſtio

16 nẽ. An† creditor ad diẽ certam agere poſſit, ut adueniente die ſibi ſoluatur, & interim formetur proceſſus, & concludit agi poſſe ante diem, ut ſoluatur adueniente die ac tp̃e. Iuraq; dicentia ante tp̃s agi non poſſe, debere intelligi, ut tũc ſoluatur, ſed bene agi poſſe ante diem & tp̃s ut ſolutio fiat adueniente tp̃e: ita ſæpe fuiſſe practicatũ dicẽs. Idẽ tenẽt aliqui Mo

derniores in d.l.ita ſtipul.in ult. col. Quæ ſnia mihi non placet, quamuis .n.ubi obligatio & actio nata eſt,ſed dilatio ad ſoluendum a l. datur,ut in dote §.exactio l.unicæ.C.de rei vxor ac procedere;poſſit ea opinio : tñ vbi actio nata non eſt,ſecus eſt. Ideo recte conſuluit Alex.lib.j.conſi.xcv. ꝙ ubi in diē,puta ſancti Michaelis,collata eſt ſolutio,& ante diem data fuit petitio,contra quam oppoſitum exti tit,non eſſe admittēdam.Iudex pronunciare,inquit,debet, non eſſe proceden.ad ulteriora ſuper petitione actoris ante diem agentis,& reum ab ſoluere: quia actor male agit ante diē præallegata l.ceder̄ diē & c.j.de plus peti. cū alijs de quibus ibi ꝑ eū & ꝑ Are.in d.§.cum ita. ubi poſt Pau.de
17 Ca.ait,ꝙ† ſi aliquis ante diē ageret, quę tacite ſub intelligitur,& peteret reum condemnari ad præſtandum id quod debet ſoluere tpe congruo, id eſt poſt diē ſubintellectū,repelli poſſet a limine iudicij,qui ante diē agit male agit.Quod eſt indubitanter uerum,ſubijcit Aret.qñ ante diem non eſt nata actio,ut in caſu illius §.quia ſine actione agit; ideo repelli p̄t, ſed
18 †vbi ante diem nata eſſet actio.tunc an ſit neceſſaria exceptio , uel iudex debeat aut poſſit repellere, ponit idē Are.in.d.l.ita ſtipulatus.col. antepe. Aquē.loco prællegato & Iaſ.in l.eū qui in §.qui ita.el ſecundo.col.antepeu.& ſeq.de uerbo.obliga.ubi†aūt
19 non præceſſit debitū purū.ſed ſolum in diem & ante diē agatur iudex reū abſoluere debet, quāuis nihil oppoſuerit tex.eſt in l.ꝙ ſi in diē, in prin. ff.de peti.hær.ſm ſanū intellectū, ut per Iaſ.loco præallegat.& probatur ēt in §.tēporales. inſtitu. de excepti. ibi.ergo hi quibus intra certū tp̄s uo lētibus agere obijcitur exceptio, aut pacti cōuenti,aut alia ſimilis, actionē differre debent & poſt tēpus agere.

& ibi not.ſcriben . Ex prædictis clare intelligitur ꝙ ſcripſit iuriſconſ.in d. l.cedere diē qñ dies dicat̄ ceſſiſſe & ueniſſe,& qñ ueniſſe,ſed nō ceſſiſſe.

Supereſt ut uideamus de ultima
20 ſpecie† ut de promiſſo ſub conditione,qua pendente neq; ceſſit , neq; uenit dies : dicit præal.l.cedere diem & circa hanc Bar.in d.l.ita ſtipulatus col.antepen.uerſic.iij. eſt uidendum de conditione poſſibili,ſeu contingē ti,quæ ſe habet ad eſſe,& non eſſe.& concordāt,inquit,omnes in hoc caſu ꝙ ante conditionis euentum non ſit nata obligatio , nec actio d.l. cedere diem. ēt in conditione tacita l. item quia cum not.ff.de pac.& ſequuntur ibi Imo.Are.& alij in ul.col.& hic in
21 ij.col.Deci.limitans, ubi † conditio executioni appoſita eſſet , quia tunc non ſuſpendit,neque actum cōditionalem facit l.muto.§.ſub conditione ff.de tutel.ita demū in fin.ff. de arbitr. tradit Bar.in l.j.col.ij.ff.de,condi. &
22 demon. Declaratq; tunc†dici conditionem appoſitam diſpoſitioni quan do concernit ſubſtantialia,ſine quib. obligatio conſiſtere nō pōt.ſed ſi reſpiciat accidentalia tunc ur̄ executioni appoſita , iuribus præallegatis : & ita prius dixerat Iaſo.in l.item quia, in ult.col.ff.de pact.Conditio āt,quā certū eſt exti turā, uel quę tp̄s p̄ſens reſpicit,non eſt proprie conditio,neque impedit ortū actionis & obligationis uerum pro pura habetur l. cū ad pręſens ff.ſi cer.peta.cum ibi not. per doct.& §.j.l.ſi pupillus ff.de no-
23 ua. Et habet† conditio de ſui natura effectum actus ſuſpendere.ſm Bal. & Fely.in c.cum Ioannes.col.j.de fide inſtrum.per tex.in c.uerū.de condi.appoſi.& l.j.C.de conditio.inſert.
24 cū ibi not. Modus†āt non ſuſpendit ſed actum geſtū qualificat, ut in d.c. cum Ioānes ubi emptio habebat cer tum modū, quo non obſtante ſtatim

debebatur pretiũ,ideo modus,dicũt, non facit actum conditionalem, quia conditio eſt prædiacens rei determinate,ita ꝙ ſe habẽt,ut extrema oppoſita tpe. Moduſq; ſm prædictos inducit obligationẽ ꝑ quã peti põt modi implementum,ſed conditionis implementũ peti nõ põt. Hinc ẽt eſt,ꝙ

25 † ꝓmittens annuatim ſoluere in feſto, puta omnium ſanctorum quintã partẽ uini quod naſcetur colligeturque ex tali uinea, non obligatur niſi probetur natum collectumq; uinum. l.cum certus ff.de uino triticoq; lega.

26 Preterea illud relatiuũ, † quod,adiectum eſt uerbo futuri tpis naſcetur, & colligetur,inducitq; conditionẽ l. ſtichum qui meus erit ff.de leg.j.qua non impleta actio.non naſcitur, nec obligatio d.l.cedere diem, ut igitur cõpetat actio,requiritur probatio implementi conditionis ꝑdicte ſicq; uinũ natũ & collectũ l.qui hæredi.ff.de. condi.& demon.prout conſuluit Rapha.Cõmen.lxxix.ſuper qõne. Et iu

27 dex † ſub conditione datus, ſi ita eſſe tibi conſtiterit,non habet iuriſdictionẽ niſi prius purificetur conditio nec ante dici põt iudex c.ab excõmunica

28 to.cũ not.de reſcrip. Et hoc † eſt regulare in qualibet diſpoſitione conditionali,ut prius ex ea agi uel excipi non poſſit quã conditio extiterit. d.l.cedere diẽ & c.j.de plus peti.ita Ancha.ĩ cõſi.ccxcvij.efficacib. col.j. Soci.cõſi.xcix.col.viij.lib.iij.Fely.in c.ſi conſtiterit. de accuſa. ubi ẽt alia rõne id firmant. Et conditione non uerificata nec impleta pactũ ſub conditione factũ locũ nõ habet d.l. cedere diẽ & l.hæc uẽditio. in princ. ff.de ꝯhẽ.empti.facit l.j.ff.de donatio. ibi totũ hoc ſub conditione eſt nã cõdi

29 tio † pro cã habet Bart.in l.a titio.ff. de uerb.obli. & cã ceſſante ceſſat effectus c.cũ ceſſante.de appel.ita cõſulẽdo ſcripſit Deci.in cõſ. dcxiij.col.fi.

Et pariter ſi per unum ex fratribus alteri ſit facta donatio bonorum ſuorum,ſi alius frater non diuidatur bona communia intra octo dies a tẽpore notificationis ſibi factæ, donatio ſub conditione celebrata dicitur, & locum non habet niſi impleta ſit conditio: quia diſpoſitio conditionalis ceſſat conditione non impleta d. l. cedere. & d.l.hæc uenditio. nam quando aliquid conditionale deducitur in iudicio, liquidari debet, quòd impleta fuerit conditio l.ſi quidem, & ibi Bald.in ulti.colu. C. de excep. l.hoc iure ff.de uerbo.oblig.not. Deci. in conſi.dcxxix. Quæ omnia bene ſignabis ad d. l. cedere diem: quam nunquam ita ornatam & declaratam ut arbitror, uidiſti.

S V M M A R I V M.

1 *Idem de actione tam reali quam perſonali,quod de re ad quam competunt iudicari.*

Limita ſecundum ueritatem. nu.5. & in correctorijs nu.9.

2 *Actio ſecundum qualitatem rei, quæ in ea deducitur,quod mobilis uel immobilis iudicetur.*

3 *Pecunia an iudicetur mobilis uel immobilis.*

4 *Verbum uidetur, & uerbum intelligitur,quod fictione ſignificent.*

6 *Meum proprie nõ dicitur mihi debitum.*

7 *Poſſidens rem illam tenetur cathaſtrare non autem habens ad eam actionem.*

8 *Vaſallus ſeu emphiteuta non poſſidens non tenetur ad ſeruitia.*

10 *Emẽs actionem iam ortam minoris quã ualeat eſt tutus in foro conſcientiæ.*

L. X V. Paulus.

QVI actionem habet ad rem recuperãdam: rem ipſam habere uidetur.

1 Summitur ex lh.in gl.allegatis cō-
cordat tex.in l.rem in bonis,ff.de ac-
qui.rer.domi.dum ait,rem ad quā re
cuperandā actionem habemus in bo-
nis nřis intelligimur haber̄,& in l.bo
norum appellatio. in fi.de uerb. ſig.
eque bonis nřis,inquit, annumerabi-
tur,ſi quid eſt in actionib.. petitioni-
bus,& perſecutionibus,nam hæc oīa
in bonis eſſe uidentur ad idem l.id ꝙ
de uerb.ſig.ubi dicitur, id apud ſe qs
habere uidetur,de quo habet actionē
habetur.n.ſubiungit: Iuriſconſul.ꝙ
peti pōt. Et procedit†hæc regula tā
in actione reali quā perſonali, ut hic
poſt gl.& Bal. per Deci. atteſtantem
illud quod eſt in iure & obligatione,
in patrimonio propterea eſſe dici. &
econtrario ſentimus, inquit gloſ.de
bitori id ab eſſe dici,in quo eſt alteri
obligatus l. ſi mādato titij ff.de neg.
geſt.Præſuppoſita .n. a iuriſconſulto
uirtute iuſtitiæ, quæ tribuit vnicuiq;
quod ſuū eſt,illationē & conſequen-
tiam facit,ꝙ ille qui habet actionem
ad rem uideatur rem ipſam habere.
Hinc ēt eſt ꝙ licet nō ꝯhatur mutuū
niſi fiat de meo tuū : ſi tñ iuſſero de-
bitorem meum tibi mutuo pecuniā
dare,& ille promiſerit,cōtrahitur mu
tuum quicquid pleriq; dixerint, quia
per ꝓmiſſionem quæſita eſt actio illi
cui mutuar̄ uolo cōtra debitorē meū
ita ꝙ pecunia mutuū habere vr̄,ut in
regula nřa,& iuris fictione apud eum
dr̄ eſſe pecunia d.l.id apud. ſm Soci.
in l.ſingularia,in iij.no.ff. ſi cer.peta.
& ſequuntur alij Moder.facit qđ ſcri
bit Alex.ibi in pen.col. dum allegat.
l.id quod,Hinc ēt eſt, ꝙ ille qui ede-
re debet, non ſolum tenetur ſi inſtru
menta uel rōnes penes ſe habeat, ad
quorū editionē tenetur, ſed ēt ſi pe-
nes aliū ſint,quē tñ ipſe ad exibendū
cogere poſſit l.ꝓcurator.ubi Rim.in
ult.no. tradit C.de edē. Et ſi legata-
rius rē ſibi legatā alteri legauerit, vr̄
legaſſe actionē quā ad rem habet .l.ſi
ſic.§.j.& l.legatum ita erat cum not.
ibi per Bar.ff.de leg.j. Ex prædictis
ēt infertur verum eſſe quod dr̄,idem
iudicari de actione,qđ de re ad quam
2 cōpetit ipſa actio iudicat ideo †actio
cenſetur inter mobilia , uel immobi-
lia ſm qualitatē rei ad quam compe
tit.unde qui rem recuperare nequit,
nec ad rem illā acquirit actionē. Dec.
hic poſt gl.in l.j.C.ſi aduerſus tranſa.
& Pau.de Ca.in l.ſi unus ex ſociis ꝑ
illum tex.ff.de ſerui.ruſti. prædi.ac ꝑ
l. ſi ad reſoluendum.C.de prædi.mi-
no . quod ita ſimpliciter uerum non
eſt,ideo intellige,ut per Bar. in d.l.j.
Alex.& alios in §.quæſitum l. j. ff.ad
3 treb.dum examinant , †utrū pecunia
tāquā mobilis uel īmobilis iudicet̄ .
Procedit āt hæc regula,ſm glo.&
doc.nō ſm veritatem,ſed ex legis in
terprætatione: & conſequēter nō ue-
re nec proprie,ſed ficte,ideo tex. hic
4 & in locis præal. utitur † uerbo vr̄. &
uerbo intelligitur.quæ fictionē deno
tant.ut hic per Deci. & diximus in l.
non vr̄.ſupra eo.Et hoc patet ad ſen
ſum,quia aliud eſt actio , aliud res q̄
ꝑ actionē petimus atq; perſequimur.
Et licet agens rei uē.dñium uere ha-
beat.plus tñ ſine dubio eſt rē(ut inqt
gl.)penes ſe habere,q̄ actionē ad rem
recuperādā,ꝑꝑ expēſas & litiū anfra
ctus, ac ꝑꝑ cōmodū poſſeſſionis qđ
magnū eſt,§.cōmodū. inſti.de inter-
dic.cū plurib. adducēdis in l.in pari.
infra eo. Ea ꝑꝑ iuriſc.in l.minus eſt
5 infra eod.circa fin. ti.ad † ueritatem
reſpiciens aliam tradendo regulam
minus eſt,inquit, actionē habere quā
rem licet.n.ſm glo.in d.l.minus.qui
actionem habet,rem habere uideatur
quantum ad intellectum & cēſuram
iuris : ut in l.noſtra. tamen quantum
ad executionē factorū ſæpe aliter cō
tingit.euentus.n.executionis & fnīæ
incertus eſt l. qđ debet. ſupra de pe-

cul.& dici t eſſe conſiderandam dilationem quæ condemnatis datur, litium anfractus,& expenſas,ut prædixi.faciunt quæ eleganter ſcribit Ancha.in conſ.ult.col.vij. in quarta dubitatione. Bene igitur & ſanctæ loquitur glo.inſtit.de act.in princip.in uerbo debetur,uolens non dici pro-
6 prie†meum quod eſt mihi debitum, ſed large & improprie, ſicuti aliud eſt,ꝙ beneficium ſit tuum; aliud qđ ſit tibi debitum, ut hic per Deci. in prin.& fin.dicentem etiam, ꝙ ſtatutum loquens de uendente rem ſuam pœnam imponendo, locum non haberet in eo qui rem uenderet,ad quã perſonalem haberet actionem.ille.n. non dicitur proprie rem habere, qui ad illam actionem habet,ut ꝑ Barto. Alex.& alios in l.gallus. in §. uidendum.ff.de lib.& poſthu. Hinc etiã eſt, ꝙ†rem poſſidens illam cathaſtra re tenetur, non autem habens ad eã actionem.l.forma. §. ſi cum ego. & ibi no.Bar.ff.de cenſi. accedat tex.in § furti.inſt.de obli.quæ ex deli.naſ. ꝙ melius eſt pigniori incumbere, quàm in perſonam agere. Hinc etiã eſt,ꝙ in ſatiſdatione de iudicio ſiſti, habens actionem ad rem non æquiparatur poſſidenti rem. l. ſciendum. §.fundum.& § .diuerſa.ff.qui ſatiſda. cog.ſecundum glo.prealle. l.minus. Rurſus licet ius patronatus ſit de foro eccleſiæ.ca.quanto.de iudic. actio tamen perſonalis ad ipſum ius eccleſiæ non dicitur eſſe de foro eccleſiæ, ſecundum Butri.& alios, in d.c.quãto. Et†uaſallus ſeu emphyteota non poſſidens, non tenetur ad ſeruitia, nec ad ſolutionem canonis, neq; ad capiendum inueſtituram. Bal.& alij, in l.ſolemnibus.C. de rei uen. Et ſimiliter priuilegium alicui conceſsũ ne teneatur ad ſolutionem collectarum pro bonis ſuis, non extenditur ad prædium ab alio bona fide poſſeſ-ſum,licet dominus ad illius recuperationem habeat actionem,& ad eum inde reuertatur. Rom.in ſing.603.an priuilegium.Item in reſcindenda trãſactione prætextu læſionis ultra dimidiam iuſti pretij,talis iuſtitia pretij accipitur non iuxta metam actionis ac petitionis, ſed conſiderato & æſtimato dubio litis euentu, ſecundum ſcribentes in l.ij. C. de reſcind. uend. ubi late ſcripſi. Dicit etiã Soc. poſt quoſdam alios in conſ.c.col.pe. li.j.ꝙ cum in regula noſtra ponatur uerbum,uidetur, quod fictionem potius quàm ueritatem denotat, ſequi-
9 tur, ꝙ ſi †ſtatutum mentionem faciat de pecunia redacta, locum nõ habebit in pecunia quę redigi potuit, ſed actualiter redacta non fuit, cum uerba ſtatutorum ſtricte & proprie ſint intelligenda. Et pariter locũ nõ haberet hæc regula in correctorijs & odioſis per prædicta.& no. per Alex. & alios in l.Gallus. in §. uidendum.

Præterea idem Soci.in con.cxliij. col.ſi.lib.j. arguit ſimulationem contractus,eo ꝙ emerat quis actionẽ ad centum pro eodem pretio, nam minus dicit ualet actio,quàm æs; tũ ob dubium litis euẽtum,cum poſſit cauſam iuſtam propter iniquitatem iudicis perderet,tum etiam quia debitor inops interim effici poſſet.ideo recte dicitur in d.l.minus.ꝙ minus eſt habere actionem,quàm rẽ. ex quo igitur emit quis euentum, ſpecieque futuri iudicij,ridiculum eſt ſentire, ac dicere ꝙ pretium rationabile tantũ ſit quantum eſt in actione. Hinc pulchre concludit Innoc.in c. in ciuitate.de uſur.† ꝙ ſalua conſcientia po-
10 teſt quis emere actionem iam ortã tempore contractus minori pretio, quia ſe periculo exponit quis: ergo, inquit ibi Soc. credere talem cõtractum uerum & iuſtum diſtat a ueriſimili, ideo falſitatis imaginem

præ ſe fert,ut inquit Bal. in l.j.C. de ſer. fugi. Eſt itaq; uere & proprie rē hēre cū effectu, & actualiter penes ſe tenere,l.nomen filiarū. uer.habere ſu pra ti.j.cū alijs alleg.p Alex. in cōſi. xxxv.uol.quarto. Qui tamen etiā ad rem ſpem habet,rem ipſam habere di citur,ut per Iaſ.in l.is poteſt. col.ix. ff.de acquir.hær.

SVMMARIVM.

1 *Pretiū et res ſunt de ſubſtātia vēditiōis.*

2 *Verbum imaginarium,& venditio ima ginaria quid ſit,& quomodo accipiatur. & nume. 3.*

4 *Homo ad imaginem & ſimilitudinem Dei factus eſt.*

5 *Imagines ſanctorū ad memoriā primitiuorum adoramus.*

6 *Origine rei ſublata, eius imago relinqui non debet.*

7 *Veneti ſunt ſapientes: quia ciues quos fa ciunt non admittunt ad officia ciuitatis propter diſcordiam.*

8 *Contractum ſimulatum arguens, debet id probare. Et qualiter probetur.*

9 *Contractum ſimulatū quando liceat al legare maxime contrahenti.*

10 *Vēditio imaginaria vera quādo dicatur*

11 *Venditio imaginaria eſt nulla: niſi fa cta fuerit in fraudem,quia tūc reſciſſione opus eſt.*

12 *Venditio magni pretij pro vno nummo dicitur imaginaria, & eſt nulla: ſecus in emphyteuſi.nu.13.*

L. XVI. Paulus.

Imaginaria uenditio non eſt, pretio accedente.

SVMPTA fuit ex.ll.alleg. per gl. & pluribus alijs, ubi de imaginarijs contractibus agitur. Vbi ergo in
1 teruenit pretium uenditio non eſt imaginaria, ſed uera † quæ conſiſtit ubi interuenit res & pretium.§. pretium.inſti.de emptio.& uend. Ima-
2 ginarium † autem diſtinguitur a uero & ſolum in imaginatione fit ac conſiſtit, ſecundum Hieronymum quē infra referam. Et imaginaria uenditio proprie dicitur nuda facta, ac ſimulata,ſecundum glo.hic.& in l.nuda.ff.de contrah.emp.& in §.j. l.tertia.ff.de manumiſſ. & quæ apparentior non autem exiſtenter uenditio eſt.ll.præal.Pau.de ca.in conſil.infra alleg. Sic imaginarius uſus dicitur, qui imaginem ueritatis, non ueritatem habet. l.quoniam indignum. cū glo.C.de teſtam. hinc eleganter Iuriſconſultus,in l.contractus.ff. de actione & obli. contractus imaginarij etiā in emptionibus,inquit, iuris uinculum non obtinent,cū fides ueriſimulatur non intercedente ueritate. Et Hieron.de diuerſis leprarum generibus,alius imaginariū legis opus. quaſi ſub ueritatis colore depinxit. alius corpus ipſius ueritatis declara-
3 uit. Et pro † ſimilitudine imago ple runque ponitur, iuxta illud Virgil. O mihi ſola mei ſuper Aſtianactis imago,dicitur enim ſimilitudo, quaſi imitatio,quia ut inquit Varro, deducitur ab imitatione, & per alluſionē ad aliud dicitur, ut echo, uocis imago.Hor.j.Carmi. Iocoſa nomē imago,nō.n. proprium rei eſſe repræſentat imago,ut per illū tex.no.Bal.in l. ij.C.de iure aur.annul. Et homo ad
4 imaginem † & ſimilitudinem Dei factus dicitur:in ratione.ſ.quæ eſt imago Dei; ideo Ambro. de fuga ſeculi. ſimilem dei eſſe eſt habere iuſtitiam, ſapientiam,& in uirtute dei eſſe perfectū,ut habetī in c.ſimilem. de pœn. diſt.ij. nouē aūt ſimilitudines animæ ad deum ponit Archiepiſco.Flo. hāc materiā plene tangens in j.parte ſuæ ſummæ. quamuis autē homo ad ſimi litudinē dei factus ſit. inter creaturē

tamen & creaturam nō pōt ſimilitudo tanta notare, quin maior diſsimilitudo notanda ſit .c. damnamus.in fi. de ſumma trin.no.Fel. de reſcri.in c. capitulum S. crucis.col.ij. De imaginibus uero ſanctorum non adorandis nec uiolandis, poſtquam hæc materia hiſce miſeris temporibus nrīs agitatur ac mouet̄, aliquid dicemus. tractatur.n.in c.per latum . cum ſeq. de conſecr. diſt.iij. & iiij. Venerabi-
5 les† ſanctorum imagines (dicit tex.) chriſtiani non deos appellant, neque ſeruiunt eis, ut dijs, neq; ſpē ſalutis ponunt in eis, neq; ab illis expectant futurum iudicium, ſed ad memoriā, & recordationem primitiuorum uenerātur eas, de quibus pulchra quædā ſcribunt Pau.de ca. C. de fer.in l. fi.cap.Tolloſ.deci.ccciij. ſumma Ange. in uerbo imagines . Picus in ſua Apologia, in iij.q. de adoratione crucis, & imaginum, Archiepiſcop. Floren.in iij. parte ſummæ. ca. xij. §.x.
6 Satis uero abſurdum eſt †origine rei ſublata eius imaginem relinqui, dicit tex.no.in l.unica. in princi.C. de dedit.lib. tol. per quem dicit Socin. in conſi.cxxiij.colum.ij.lib.j. & docto. in l.fi.per illum tex.etiam.C. de edi. diui, ꝙ ſublata re ſuper qua fit diſpoſitio, & interpratatio, tollitur etiam interpratatio. inferentes ad quæſtiones, ut ibi per eos. Et ex principio prædictæ l.unicæ loquentis de imagine rei non relinquenda re ſublata, tollēdas eſſe occaſiones, ꝓpter quas ciuilia bella naſcuntur. quarum potiſsima eſt facere ciues, qui nō erant & diſcordiam ſeminabant. Sapientes
7 tā†ſunt Veneti, inqt, q̄ ciues quos faciūt, ut mercari poſsint, ad honores, & officia ciuitatis ſuæ nō admittūt.
in ti. C.de procur. Barb. cõ.xviij.co.
j.uol.ij.Dec.cõ.clxxv.col.v. cur.in
pal.trac.de conſue.fol.xviij co.ij.in
uer.ſecũdo lim.& in xij.q & fo.xxj.
co.quarta.in uer.quarto limita. & in
d.q.xij.tãgit an talis cõſuetudo de-
beat eſſe pſcripta. Et ponit caſum in
quo nõ inſpicit̃ conſuetudo loci,uel
regionis actus celebrati. ſed cõuerſa
tionis diſponẽtis, ut in teſtãte, quia
inſpicit̃ potius conſuetudo loci ubi
uerſatus eſt,quã ubi teſtatur, ꝑ iura
præal.ut ibi per eũ poſt corn. Con-
8 ſuetudo tñ † reproba ad uitiũ & pec-
catũ tendẽs, attẽdẽda non eſſet,nec
ualeret,neque excuſaret, exẽpli gr̃a,
ſi cõſuetudo eſſet extrahẽdi capitale
de primis fructibus animaliũ ſocidæ
ſeu ſocietatis?illicita.n.eſt, ut hr̃ in
ſumma Aug.in uerbo ſocietas.el ij.
in §.iij.aut ſi cõſuetudo diſponeret
capitale ſaluũ eſſe debere,& ꝙ peri-
culum ſit recipientis, ut per Soci.in
conſil.cxvj.volu.ij. & in dictis ſoci-
dis † animalium ualent conſuetudi-
9 nes. Ange.in tract.ſocietatum. ad fi.
probaturque in l.ſi paſcenda. C. de
pac.arguendo de pacto ad conſuetu-
dinem,quod arg.tenet.l.non impoſ-
ſibile.ff.de pact ſocietaſque ſm cõ-
ſuetudinẽ cõtracta ur̃.§.quia aſſidua
cum alijs ſupra alle. ideo cum in his
partibus ad triennium cõiter dent̃
ſocida, ſi ſimpliciter & ſine præfini-
tione temporis data fuerint, ſubin-
trat conſuetudo declarans cenſeri
data ad triennium. Et inquantum
Dec.hic circa fi.cõmẽ.cõcludit poſt
Alex.ꝙ † tabellio, cui fuerũt cõmiſ-
10 ſæ rogationes, & inſtr̃a notarij de-
functi poſsit extẽdere inſtr̃.n ſm cõ
ſuetudinẽ loci ꝯtus,uide in hoc ar-
ticulo Fel.melius declarantẽ, & di-
ſtinguentẽ in c.cũ P.tabellio. in vj.
q.de fid.inſtrumen.

11 Secundo no.ex iſto tex.ꝙ † ſi de mo
re regionis nõ appareat, quia uarius
fuit,ad minimũ redigi ſumma debet
quodq; minimum eſt ſequimur. de-
clarando, ut late ſcripſi in l. ſemper
in obſcuris ſupra eo.

Sed opponit̃, quia ſi mos uarius
fuit,& conſuetudo attendi debet ul-
tima, nõ cõſiderata aliqua præſcri-
ptione.§.j.l.mella.ff.de alimen. & ci
ba.lega.ſiue loquamur de cõſuetudi
ne patrisfa.quæ dr̃ ꝯſuetudo nõ ſo-
lẽnis,nec pſcripta,ſiue loquamur de
ꝯſuetudine regionis ſolẽni,ut ꝑ Are
ti.in d.l.ſi ſeruus.in,§ fi. & Curti.in
pal.trac.de ꝯſuetu.fo.xxj.col.j.uer.
ſecũda ſit cõcluſio.& col.quarta.uer
ſi.quarto limita.cũ alijs q̃ adduxi ad
declarationẽ & intelligentiã.d.§.ſed
ſi alimẽta.in repet.l.diẽ functo. in j.
not.in xiiij.col.ff.de offic.aſſeſſ. Qui
bus adde ẽt Pau.de ca.in cõ. cxcvj.
vt plene.col.fi.in antiq.ubi ponit,ꝙ
ſi hoĩes talis loci ius habẽt depaſcẽ-
di in tali fundo, ſm qd̃ ſoliti ſunt,
hoc de ultima cõſuetudine intelligit̃
uerificanturq; uerba illa ſoliti ſunt,
in facto ꝑ trienniũ,uel etiã ꝑ annũ,
licet uerbũ conſuetũ, pro ſui uerifi-
catione decẽniũ requirat,ut ibi ꝑ eũ
qño ergo poſſibile eſt apparere de
more qñ uarius fuit. Dici põt hunc
tex.loqui de more & cõſuetudine re
gionis,in qua adeo uarij actus fuere,
ut de aliqua ſolenni cõſuetudine pri
ma ultimave,prout hic exigit̃, con-
ſtare non poſſit,ideo ad minimũ, ut
hic dr̃,tũc redigẽda ſumma eſt. Et
in practica no. diligenter ſunt dicta
Bartol.hic in fin. concludentis con-
ſtare † ex productione inſtrumen-
12 torum diuerſi tenoris de more ua-
rio, & conſuetudine diuerſa appa-
rere. hinc ſcribit Alexand. in conſil.
cxxvij.uiſo inſtrumento ad finem,in
quinto uolumine, ꝙ ſi in aliquibus
inſtr̃is appoſita, reperiatur aliqua

clauſula, in aliis uero non, iuris com muni tunc ſtandum ſit. & ſequitur Curt. alia adducens in tracta. de conſuet. fol. xxj. colum. j. uer. ſecunda ſit concluſio.

SVMMARIVM.

1 *Reſolutio actus eius eſt natura, cuius eſt productio.*

2 *Teſtamentum ſolenniter factū cum quot teſtibus reuocetur.*
L. milites. §. *ueteranus. ff. de mili. teſta. ornatur.*

3 *Miſsio in poſſeſ. eſt mixti Imperij: pariter & reuocatio.*

4 *Cōdēnare et abſoluere, delegare et reuocare delegationē, an ſint eiuſdē iuriſdictiōis*

5 *Acquiſitio et amiſsio poſſeſ. an procedāt a pari.*

6 *Legatū ex forma ſtatuti pōt probari per duos teſtes: idē in reuocatione legati.*

7 *Hæc regula: quando non procedat. & numero. 9. & 10.*

8 *Matrimoniū & alia ſpiritualia facilius conſtruuntur, quam deſtruuntur.*

11 *Regula iſtius tituli procedunt ſecundum communiter accidentia.*

L. XXXV. Vulpianus.

Nihil tam naturale eſt, quā eodem genere quodque diſſol uere, quo colligatum eſt. Ideo uerborum obligatio uerbis tollitur, nudi conſenſus obligatio, contrario conſenſu diſſoluitur.

PONITVR iſta regula, etiam in c. j. de regu. iur. in antiq. in l. ꝑ que quiſq;. ff. de ſolu. & in l. fere quibuſcunque infra eo. & in alijs iuribus tā per glo. hic. quā in d. c. i. adductis a quibus ſumit iſta regula. Quæ diuidit in duas partes. In prima ponit dictū In ſecunda quæ eſt ibi. ideo, duobus modis exēplificat Plura alia ſimilia ponunt gl. in locis pal. Deci. hic, & Mod. Alten. in trac. de forma. fo. xcj. in artic. quas res; ꝑſonas, & quos actus cōprehēdat. in uer. adēptio ēt totalis. Iaſo. in l. omniū. in v. no. C. de teſta. & in rub. ff. de acqui. poſſ. ubi etiā ponunt, ꝙ reuocatio, 1 † & reſolutio actus eius eſt naturæ, cuius eſt cōceſſio & productio; & ꝙ eadem ſolennitas quæ requiritur in conficiendo actum, requirit ēt in diſſoluēdo, unūquodque. n. eo uinculo diſſoluit, quo ligat ut diximus. Te-
2 ſtamentū † itaq; in pſentia ſeptē teſtiū factū, ut hic inquit Deci. & Iaſ. in cō. infra alleg. nō reuocat cū duobus teſtibus, ſed requirunt ſeptē l. hæredes palā. §. ſiquid poſt. cū gl. in uer. mutare. ff. de teſta. & gl. in locū proponeretur. ff. de leg. ij. plene ponunt Mod. Peruſ. in rub. ff. de acqui. poſſ. Immo nec cū ſeptē, ſi teſtator diceret ſe reuocare dictū eius teſtamentū, aut nolle ualere. §. ex eo ſolo. inſti. quib. mod. teſt. infir. oportet. n. ꝙ dicat nolle ualere, aut reuocare, eo quia uult & intēdit inteſtatus decedere. l. milites. in §. ueteranus. ff. de mil. teſt. l. ſi iure. ff. de leg. iij. ubi Bar. rōnē pulchre aſsignat, & late tractat. Alex. in cōſi. ciiij. col. fi. lib. ij. & cōſi. xxx. col. fi. lib. iij. Barb. cōſ. xxxix. & lx. col. x. & ſeq. uol. ij. & xxxix. uol. iij. Corn. Ro. & alij ſcribē. in l. ſancimus. C. de teſta. Iaſ. in conſi. cxlij. lib. iiij. Et quemadmodū miſsio in poſſ. mixti imperij eſt l. ea quæ. ff. ad munic. l. iubere. ff. de iur. om. iud. eodē mō reuocatio miſsionis in poſſeſsionē mixti imperij erit §. ſi forte. ad fi. cū gl. iiij. ff. de dā. infec. ut in d. l. iubere. Pau. de caſtr. & Iaſ. & Dec. uolunt allegantes Bal. in l. iudex C. cōmu. epiſt. ꝑ illū tex. ubi miſsio in poſſ. & ipſius miſsionis re-

uocatio procedunt a pari. Abſolutio
ſimiliter & ꝯdēnatio in cadē ſpecie
iuriſdictionis ſunt, ſm Bal. & ibi ple
niuſque in ſeq. regula, nemo qui cō-
demnare. Dec. tradit.
Hinc Iaſ. in l. imperiū. col. vj. circa
diffinitionē meri imperij. poſt Bal.
4 & Gul. de cun. firmat, † ꝙ ſicut con-
demnare delinquentes eſt meri im-
perij: ita abſoluere a pœna delicti
meri erit imperij. Pariter ut delega-
tio iuriſdictionis eſt: ita reuocatio de
legati. gl. c. ſi delegatus. in uerb. re-
uocandū. de offi. deleg. in vj. ſm Se-
uer. Rimin. Aquen. & alios in d. l. im
5 perium. in primis chartis. Et † cum
quibus modis acquirimus, eiſdem in
ꝯtrariū actis amittimus, ut igit̄ nul-
la poſſeſſio acquiri niſi animo & cor
pore pōt: ita nulla amittit̄, niſi in qua
utrunque in ꝯtrariū actū eſt, ut dicit
not. tex. in d. l. fere. & in l. quēadmo-
dū. ff. de acq. poſſ. & in §. in amitten-
da. l. iii. eo. ti. Quod procedit ſi a cor
pore incipias, ſed ſi incipias ab aīo,
is ſolus ſufficit gl. in d. l. fere. Abba.
in d. c. i. Are. Soci. & alij, in d. l. quem
admodū. & in d. §. in amittenda ra-
tionē ibi adducunt. Hinc ēt eſt, ꝙ
ſicuti diſponitur in l. fi. C. de fideic.
per iur̄m hæredis probari poſſe, an
legatū factū fuerit; ubi a principio
negatur factum, ita per iur̄m ipſius
legatarij probari poterit, an reuoca-
tum fuerit, qn̄ a principio negauit
reuocationem legari. Bal. ibi, in ulti.
6 col. Iterū ex hoc inferens † ꝙ diſpo-
nente ſtatuto poſſe per duos teſtes
legatum probari, ſimiliter reuocatio
uel error eiuſdem legati probari po
terit, ut Hercul. Peruſin. latius pro-
ſequitur in rubr. de acqui. poſſeſſ. co
lum. iij. per hanc regulam, & aliam
de contrarijs, quorum eadem eſt di-
ſciplina, ut ſcripſi in l. ſecundum na-
turam ſupra eodem. Faciunt etiam
iſta ad quæſtionem, factum fuit per

inferiores ſtatutum, & confirma-
tum per ſuperiorem, utrum in caſ-
ſatione, & reuocatione neceſſarius
erit ipſius ſuperioris conſenſus?
Vide late Crotum in cap. primo. col.
iij. de conſtitu. in vj. Limitātur præ
dicta ut procedāt, ubi in confectione
actus de neceſſitate aliquid requirit̄,
vt pariter in reuocatione adhiberi de
7 beat: † ſecus ſi ex abundanti aliqua
ſolennitas adhibita fuerit. quia nō eſt
neceſſaria in reuocatione: propterea
in confectione teſtamēti adhibiti fue
rint decē teſtes, nō erunt tot neceſſa-
rii in reuocatione, ſed ſufficient ſe-
ptē, ut hic ꝑ Deci. & per Aret. in d. l.
hæredes palam in §. ſi quid poſt. ff de
teſta. & Moder. Alten. in tract. de for
ma loco præalleg. faciunt plura quæ
ſcribit Crotus, loco proxime allega.
8 Præſens † regula cū præalleg. nō ꝓ-
cedit in matrimonio, quod ſolo con-
ſenſu cōtrahitur, & tn̄ per cōtrarium
conſenſum nō diſſoluitur, ut hic per
Deci. prius per gl. in d. c. j. de reg. iur.
Eſt. n. maximū ſacramentū, & poſt-
quàm ꝯſūmatum eſt, illius diſſolutio in
poteſtate hominū nō eſt, ut per Ab-
ba. in d. c. i. idemque eſt in baptiſmo,
ordine, & omnibus aliis ſpiritualibus
in quibus character imprimitur, ut
hic per Deci. in fi. & Abb. poſt gloſſ.
9 loco præalleg. Itē † fallit in deli-
ctis, in quibus nō liberatur delinquēs
per contraria delicta, ſm gl. in d. l. fe-
re. Conſidera quō talis contrarietas
poſſit in delictis cadere, quia ſi una
pars delictū cōtinet, contraria nō cō
tinebit delictū, cum contrariorū con-
traria ſit natura, ut diximus ſupra.
10. Itē † nō procedit hæc regula in ac-
quiſitione & repudiatiōe bono. poſſ.
quorū primū exigit decretū uel præ
ſentiam iudicis l. fi. C. qui admit. ſm
not. l. unica. C. quando non pet. par.
Sed quicquid cōtra Iaſ. dicat ibi Dec.
ad fi. rub. prædicta nō refragant̄ huic

regulæ, quæ loquitur de diſſolutione rei iam ligatæ; ſed ubi bon. poſ. non fuit cũ decreto, uel præſentia iudicis acquiſita, uana eſt dubitatio ex hac regula ſumpta, cur ſine præſentia ipſius iudicis repudiari poſſit. Et ſi uis ſcire ratione͂ diuerſitatis inter prædicta, ui de Curt. in d. l. unica. col. ij. Poſtremo not. eſt ſm glo. hic & in d. l. fere.
11 has † regulas procedere, ſm communiter accide͂tia: & quia modus iſte diſſoluendi magis naturalis eſt, quando eo modo, quo inducitur, tollitur: tamen & diſſolui etiã alijs modis poteſt; ut per eaſde͂ glo. ideo iuriſcõſul. in d. l. fere utitur te͂peramento illo fere. Facit e͂t pro declaratione regulæ qđ ſcribit Soci. in l. ſingularia. in ij. col. ff. ſi cer. pet. & q̃ ſcripſi in repeti. l. ij. n. 15. C. de pact. inter empt. & ve͂.

SVMMARIVM.

1 *Quod quis ce͂ſetur in culpa, ſi ſe immiſceat rei ad ſe non pertinenti.*
2 *Confeſſor ignorans, male facit confiteri.*
3 *Culpabilis non excuſatur dicendo ſe iocoſe feciſſe. Niſi ad ſit conſuetudo.*

L. XXXVI. Pomponius.

CVLPA eſt, immiſcere ſe rei ad ſe non pertinenti.

EST clara. & ponitur pariter in c. nõ eſt ſine culpa. de reg. iur. lib. vj. ubi gloſſator melius quàm hic declarauit, inferendo ad nonnulla quæ hic trãſcripſit Dec. ſolue͂s ꝯria. ibi per gl. formata, põderãdo naturã uerbi, per-
1 tinere; ut gl. præalleg. Cenſetur † quis itaque in culpa, ſi ſe immiſceat rei ad ſe nõ pertine͂ti, ſiue ad eũ non pertineat ratione modi; ut in c. ad audientiam. de homi. ſiue ratione facti. ut in c. cõtinebatur. eo. ti. ut per Io. Mon. Ioã. And. & Phil. Fran. in d. c. nõ eſt.
2 Ideo † male͂ facit confeſſor ignorans audie͂do confeſſione͂ proximi. cap. j. & ſeque͂. xxxviij. diſtin. & Ozias rex, quia in te͂plo ince͂ſum offerre uoluit, lepra percuſſus fuit. 2. Paralip. 26. & ideo cecus nõ iudicat de colore. Nec
3 † excuſaretur talis culpabilis uolens dicere ſe iocoſe feciſſe. c. j. de p̃ſump. tradit Pariſ. in cõſ. xxj. col. fi. lib. iiij. Conſuetudine tñ excluditur talis culpa. l. pignus. C. de pign. act. l. quid ſit fugitiuus. in §. apud labeonem. ff. de ædil. edi. l. ij. ff. ad maced. Ludo. Gozadin. in conſi. lxiij. col. iij. Ea uero tantum, quæ immediate a culpa noſtra deſcendunt, imputari nobis poſſunt. Abb. in c. quia diuerſitatem. de conceſ. præben. Ludo. Gozadin. in conſi. xxvij. col. iiij. Et iſtam regulam inducit ad duas quæſtiones. Io. And. in d. c. non eſt. in mercur. de clerico corã ſeculari iudice ĩ cauſa ſanguinis patrocinante, ut ſecuta morte irregularitatem incurrat. Et teſtis, qui nõ iuratus teſtimonium tulit, ut pœna falſi teneatur.

SVMMARIVM.

1 *Hæc regula an procedat quando quis non poteſt condemnare ex defectu iuriſdictionis.*
2 *Negatiua præpoſita verbo, poteſt, neceſſitatem præciſam inducit.*
3 *In materia correctoria ablata poteſtate condemnandi, non adimitur poteſtas abſoluendi.*
4 *Hæc regula limitatur. & nu. 5. 6.*

L. XXXVII. Vulpianus.

Nemo, qui condemnare nõ poteſt, abſoluere poteſt.

Condemnatio igitur & abſolutio a pari procedunt: & qui non põt condemnare, non põt etiã abſoluere. Ad

idem tex.in l.ſolet.ff.de offi. procõ.
& leg.& in l.iij.ubi late Iaſo.ff. de re
iud.& in c.non põt, ubi Fely. tradit,
et de re iud. Aret. Soci.& alij in rub.
ff.de acquir.poſ.& Soci.in conſi.cxx.
col.iij.lib.j.facit regula iij.§.eo.cum
his quæ ibi diximus de natura oppo
ſitorũ,& correlatiuorũ. Hæc regu
1 la de plano procedit † qñ eſt defe-
ctus iuriſdictionis; quia cum abſolu-
tio & condemnatio ſint in eadẽ ſpe-
cie iuriſdictionis, mirum nõ eſt ſi pri
mum non potens, non poſſit ẽt ſm.
ut hic per Deci.poſt gl.tenentem, ꝙ
hoc modo in genere intelligendo
præſens regula nunquam fallit. Iſtũ
intellectũ ad hanc legem poſuere ẽt
Old.& Albe.de Roſa.in d.l.iij. ut ibi
in ult.col. Iaſ.refert dicens aduerten-
dum,quia in hac regula iuriſcõſultus
ait,nemo qui condemnare non põt,
abſoluere põt.& ſic,qui nõ habet po
teſtatẽ,& iuriſdictionẽ;ſm Old.& Al
ber.cũ iuriſdictio ſit poteſtas de pu-
blico introducta, ut per eos. Confir-
2 mo,quia † negatiua præpoſita uerbo
põt, neceſſitatẽ præciſam inducit, &
remouet omnẽ potentiam ab actu.c.
i.cũ ibi not.ꝑ Alb.in ult. not.de cau.
poſ.& proprie, tradit Iaſ. in l.gallus.
in prin.in gl.poſſe.ff. de lib. & poſth.
Sed intelligentia iſta mihi nõ pla-
cet.quia de indubitabili eſſet.ſi.n.in-
telligeremus in non habẽte poteſtatẽ
& iuriſdictionẽ, ꝙ talis condemnare
nõ poſſet nec abſoluere, cui hoc du-
bium eſſet:certe nulli? Caſum igitur
ponerẽ in iudice ad certũ genus cau-
ſarũ deputato ea lege a principio, ne
in talibus cauſis cõdemnare poſsit, ꝓ
certo in illis nec abſoluere poterit, ꝑ
hanc regulã.eius eſt.n.abſoluere,cu-
ius condemnare.c.uerbũ dei.de pœ-
nit.diſt.j. Limitat̃ regula ꝑdicta nõ
poſſe abſoluere, qui cõdemnare non
3 põt,pluribus modis.Et primo † qñ ius
utrãq; poteſtatẽ uni dat, inde ius no-
uũ correctoriũ eidẽ condemnãdi ꝑo
teſtatẽ aufert abſq; certa ſolẽnitate;
remanet.n. poteſtas abſoluẽdi incor-
recta.gl.eſt ſing.in cle.j.in uerbo eos
ꝗ hæret.approbatã ibi ꝑ Car.& Imo.
Hanc lim. ſequit̃ Gemi.in c.inferior.
col.fi.xxj.diſt.Fely.tñ in d.c.nõ põt.
col.j.poſt Anch.Are.& Soci.ibi rela-
tos.Cõtrariũ tenet.Iaſ. late diſputat
articulũ in d.l.iij.tãdẽ ſequit̃ opi. il-
lius gl.in caſu ſuo;qa ſic intelligẽdo
reducimur ad ius primeuũ quãtũ ad
abſolutionẽ: de facili.n.q̃libet res ad
ſui primã naturã reuertit̃, quia ĩ iſtis
correlatiuis ẽ diuerſa rõ,fauorabilio-
res.n. ſumus reis q̃ actoribus. ſicque
proniores ad abſoluẽdũ q̃ ad cõdẽnã
dũ.hãc opi.ſequit̃ hic Deci.Car.uero
Alex.in d c.inferior.col.fi.dicit gl.il-
lã ſaluari ĩ caſu ſuo, ſpecialeq; eſſe in
inquiſitione hæreſis,ut licet ĩquiſitor
ſine epiſcopo cõdẽnare nõ poſſit,ab-
ſoluere tñ ualeat,fauore abſolutionis
in tã ꝑiculoſa mã,ut eſt cõdemnatio
de hæreſi grauiſſimas pœnas ſecũ tra
hẽte.hocq; ſentit ibi tex.qui uenit tẽ
perãdo ſeuitiã inquiſitorũ principali
ter,licet dicat ẽt de ordinariis& eorũ
ſeuitiã moderet̃ ſicq; cle. illa cũ glo.
ſm car.ponit ſpecialẽ caſum, ꝑ quẽ
nõ recedit a regula. Ex quibus paret
gl.ꝑalleg.in caſu ſuo cõiter approba-
tã eſſe, & pariter limit.nõ ꝑdicto re-
ctẽq; intelligẽdo. Fallit ſcdo regula
4 † in habẽte poteſtatem abſoluẽdi ex
priuilegio, quia talis ligare nequit.
uñ legatus qui nõ ſubditos abſoluit.
c.pe.de offic leg. eoſdẽ nõ excõicat.
c.ij.de ſent.excõ.in vj.Et prior hiero
ſolimitani ordinis ex priuilegio ge-
neralẽ abſoluere põt,non tñ excõica-
re;ut ꝑ Fely.in d.c.nõ poteſt. & Car.
Alex.in d.c.inferior. col. fi. Tertio
5 limita † ubi ſublata eſſet abſoluẽdi po
teſtas, quia remaneret poteſtas cõdẽ
nãdi iã cõceſſa: ut hic ꝑ Deci.ad fin.
ſaluantẽ iſto caſu opi.Petri de Anch.

Are. & Soci. Quæ conſideratio non ſubſiſtit. non. n. ipſi in his terminis lo quuntur: in ſe tñ bona eſt. Quarto
6 limitatur in † iudice laico, qui ſolus pôt clericũ abſoluere a delicto ſecula ri, & tñ ſolus ſine epiſcopo condẽna re non pôt, immo debet ad epiſcopũ remittere. §. illud palàm cum glo. in auct. ut cler. apud propr. epiſcopos. & in auct. clericus. C. de epiſc. & cler. ſe quitur Iaſo. in d. l iij. col. j. Sed miror quia iura illa hodie correcta ſunt tã per iura cano. quàm per iura ciuilia; cum laicus clericũ non iudicet. auct. ſtatuimus. C. de epiſc. & cler. c. ij. & iij. cum ſimil. de foro cõpet. & in c. eccleſia ſanctæ Mariæ. cũ ibi not. de cõſti. & conſuluit Deci. in conſi. dcc.

SVMMARIVM.

1 *Nemo iure naturæ cum alterius detrimẽ to locupletior fieri debet.*
2 *L. ſi negotia. ff. de nego. geſt. quando procedat.*

L. XXXVIII. Põponius.

SICVTI pena, ex delicto defuncti hæres teneri non debet, ita nec lucrum facere, ſi quid ex ea re ad eũ perueniſſet.

SVMITVR hæc regula. ex ll. p gl. alleg. clare eſt, & in naturali rõne fun data, ne ex eodẽ facto lucrũ habeat, q damnũ non ſentit, nec ſentire pôt l. ſm naturã. ſ. eo. ubi plura in propoſi to ſeruiẽtia ſcripſimus. materiã autẽ iſtius regulæ plenius tractãt glo. Bal. & alii ſcribẽtes in l. unica. C. ne ex de lic. defunc. Deci. in l. pupillũ in §. in hæredes. ſ. eod. Et quædam ſimilia in quibus locupletior factus obligatur, quãuis alias nõ teneatur, cõgerit hic Deci. & ſunt fundata in iure naturæ,
1 † neminé cũ alterius detrimẽto locu pletiorẽ fieri debere, uolẽte. ff. de cõ dit. indeb. l. nã hoc natura. & ſ. eo. ti. l. iure naturæ. & c. locupletari: de reg. iur. in vj. in quibus locis glo. & doct. plenius tractãt, Facit ẽt tex. not. in l. j. ad fi. ff. de poſ. & latius uidebimus in d. l. iure naturæ. ubi Deci. repetit in effectu quæ hic dixit. At in l. ſi nego-
2 tia. ff. de neg. geſt. ubi ex † actu, quo damnũ ſentire nõ cogit, lucrari quis pôt: cõtingit illud ſm Deci. pp cul pã eius, qui inſolita aggreſſus eſt ne gotia, qđ tẽperabis, ſm quod ad finẽ ſubiũgit ibi iuriſcõſultus, & ad illius legis dclarõnẽ, ultra q̃ ibi ſcribit Pau. de Caſt. vide Curt. Iun. in conſi. xix.

SVMMARIVM.

1 *Metus quid ſit.*
2 *Metus debet in conſtantem cadere: & quomodo intelligitur.*
3 *Timor grauaminis idem operatur, per grauamen ipſum.*
4 *Comminatio principis an iuſtũ metum cauſet.*
5 *Metus quomodo probetur. Et an proteſta tio ſit neceſſaria. nu. 6.*
7 *Proteſtatio, ſi clãdeſtine facta ſit, prodeſt.*
8 *Proteſtatio. effectum appellationis ſecum trahit.*
9 *Proteſtatio neceſſaria non eſt ſed utilis, et nu. 10.*
11 *Proteſtatio in notorijs non requiritur. Et quid ſi impedimentum peruenit facto iu dicis nu. 12. 13.*
14 *Metus quomodo & qualiter purgetur.*
15 *Pro facto quando habeatur, quòd factũ non fuit per metum.*

L. XXXIX. Pomponius.

IN omnibus cauſis pro facto accipitur id, in quo quis alium perhorreſcit, quominus fiat.

SVMITVR

Svmitvr & ex ll.p gl.alleg.quæ
plures concordantes citat. & eſt cla-
ra. Deci.hic per quatuor quæſtiones
examinat materiā metus, quæ licet
trita amplaq; ſit, vtilis tñ eſt in actu
practico.quam quidē materiam ultra
ea quæ doc.ſcribunt in titu. ff. quod
met.cau.& C. de his qui per metum
non appel. & in l. interpoſitas. C. de
tranſac. & in c.fi.de appel.examinant
Spec.in tit.quod metus cau. Areti. &
Iaſ in § quadrupli.inſtit.de actio.ple
ne Vitalis de Camb.in trac. clauſu.in
clauſula non ui,non metu. fol.lvj.cū
ſeq.docētes ēt practicam & miror ꝙ
de illis.Deci.hic. nullam fecerit men
1 tionem. Eſt āt † metus(ut a diffini-
tione proficiſcatur diſputatio)inſtan
tis periculi uel futuri cauſa, mentis
trepidatio l.j.ff.quod met. cau. alias
diffinitiones ponit Bal.in c. j. col.iij.
qui feu.da poſ.ut āt ibi eſt text.quod
metus cauſa geſtum erit prætor ratū
non habet,quæ verba,ſm Bal.in rub.
de contro.inueſt.ad fi. in ore præto-
ris per ſpiritū ſanctum poſita fuere.
Circa primum articulum tactum
a Deci. qualis metus requiratur uera
2 eſt & cōis doct.concluſio. † ꝙ iuſtus
& probabilis eſſe debet,in conſtantē
uirum cadens, iuribus per eū allega-
tis, conſiderando metū ſm qualitatē
& conditionem metum paſſe,ſiue ma
ſculus,ſit ſiue fœmina: ut poſt Inno.
hic tradit Dec.& in c.fi. col.fi.de ap-
pel.& in c.cām matrimonij col. j. de
3 offi.deleg. † idēq; operat̄ timor gra-
uaminis, quod grauamē ipſum c.j. in
uerbo timentes.de dilat.Corſ in ſuis
in ſing. in uerbo metus. & ſimiliter
idē operatur metus peſtis, uel belli.
quod peſtis,uel bellum ipſum l.ij.cū
not. C.de tranſ.maxime in exactione
uectigaliū, ut pulchre per Ciceronē
in principio orationū ſuarū. In quo
āt differunt metus a vi. hr̄ in ſumma
Ang.in uerbo metus & per Iaſo.in l.
pacta nouiſſima col.pe.C.de pact.De
ueritate illationū Decij.uide eundē
in conſ.xcij.&ccxix.& Vitalē loco p̄-
al.vbi latius, quā hic faciat Deci.tra-
ctat de timore excōicationis,an & qñ
4 iuſtū metū cauſet. Et an † cōminatio
indignationis principis inducat iuſtū
metū ponit Fulg.in conſ.cxcj. Cir
5 ca ſm articulū † qualiter metus dedu-
catur, articuletur, & probetur latius
tradunt Ang.& Iaſ.præal. & ſcriben-
tes in d.l.inter poſitas.Deciuſq; in d.
c.cām matrimonij.& in c.fi.de appel.
& in conſ.ccxix.concludentes cōiter
ꝙ ſola pñtia patris,mariti, ſimiliū ut
perſonarū iuſtū metū nō cauſat ſuffi
cientē ad reſcindēdū actū, ſeu matri-
moniū carnale, uel ſpirituale, niſi de
minis p̄cedētibus probet̄. Et no.cau-
telā tradūt,quę in actu practico ſæpe
ſeruat̄, ut iudicis & conſanguineorū
adhibeat̄ pñtia q̄ ceſſare facit oēm ſu
ſpicionē fraudis, & metus. Tertius
articulus eſt de ꝓteſtatione, an † ſit
6 neceſſaria? Dec.cōcludit ꝙ nō,metus
tñ ꝓbationē ex tali ꝓteſtatione coa
diuuari dicēs.de quo p eundē in d.c.
fi.col.pe.& ī cōſ.ccxix.col.ij. Bart.&
ſcribentes in l.de pupillo in §. ſi quis
ipſi p̄tori ff.de nou.oper.nūc Ripā in
c.cū M.Ferrariē.nu.92.& ſeq.de cō-
ſtit.ubi cōcludit metū aliter probari
debere, q̄ p proteſtationē,niſi in de-
pēdētibus a uoluntate ſolius ꝓteſtā-
tis,uel qñ ſit in pñtia partis nō cōtra
dicētis,& ꝙ ſi probet̄ metus ſine ꝓ-
teſtatione irritabit̄ actus l.j.& toto ti
tu.ff.ꝙ metus cā & c.ad audiētiā.ēt ꝙ
7 met.cau. Et † talis proteſtatio,quāuis
clādeſtine facta, prodeſt ꝯ inferētem
metū,uel cāni p̄ſtātē. nō in p̄iudiciū
tertij.c.j.cum not ꝙ metus cā. Deci.
hic.& Vitalis loco p̄al.de quo articu-
lo.uide Alex.in §.duo fratres.col.xx-
viij.ver. ſed iuxta & cōſi.clxxvij.col.
pe.lib.ij.omnes ſcribentes in l.qui in
aliena.in §.celſus ff.de acquir.hæred.

Soci.cõſi.cclxiij.art.iij.lib.ij. Dec.in d.c.cauſam matrimonij.& conſ.lxiij. col.ij.& conſi.ccxix.col.ij.Rip.in repe.d.c.cũ M.col.lij.cũ ſeq.Cur.Iun. in conſ.cxxvj.& dicit not. Bal.in l.ij. C.de his qui per met.iud. non appel.
8 ꝙ†ſi facta proteſtatione de appel.nõ interpoſita pp metũ iudicis ceſſet timor infra decem dies,iterum appellare non erit neceſſarium: quia proteſtatio effectum appellationis ſecũ traxit,ideo eam geminare non oportet. caute tñ facit appellando, quia ſic faciendo non tenetur metum probare, ſecus ſi proteſtatus fuerit,nam in ꝓceſſu cauſæ metus probãdus erit, aut ex euidentibus demonſtrationibus, uel ex perſpicuis ſignis, ut in l.dolũ. C.de dolo.ſequitur Peruſi. in d.c.fi. col.v.& Fely.in c.ex trãſmiſſa.col.ij. de præſcrip. In alia uero materia,
9 an†proteſtatio ſit neceſſaria, ubi aliquis impeditus eſt actum in termino facere?vř ꝙ ſic,ꝑ tex.in d.c.fi.in uer. conteſtatione facta.& in l.fi.C.de his qui per met.iud.non appel.cum ſimilibus,quæ proteſtationẽ requirere videntur.Quicquid gl.hic dixerit Dec. cõcludit proteſtationẽ utilẽ eſſe, ſed non neceſſariã.idẽ aſſerit tenere iu d. c.fi.ubi tñ neceſſariam dicit, qñ facto iudicis qui impeditus eſſet. Balb. in tract.præſcript.fol.lxvj.in uerſ. terti⁹ caſus.poſt Inno.cõcludit, ꝙ non ſufficit probare impedimentũ, niſi probetur ꝙ ipſum impedimentũ fuit cã non agendi,in quo utilis eſt proteſtatio,non ergo neceſſaria. De hoc not. art. uide Abb.& Felyn.in præal.c.ex tranſmiſſa.ſcribentes in l.fi.§. illud ꝑ illũ tex.C.de tẽpor.appel.Barba.in c. plerunq;.col.vj. de reſcri.Iaſ.in l.ꝓperandum in §.ſinantem utraq; C.de iud.Peruſi.in d.c.fin.& in c.ex ratione col.iiij.de appel. Afflictũ in deciſ. regni,50.Deci.cõſ.ccclvj. Pariſ.in d. c.ex tranſmiſſa col.iij. & ſeq.Moder. repet.in §.morte col.lxv. cum ſeq.& late Ripam in tract.de peſte. fol.xxviij.in ſexto dubio. Reſolutio præal.
10 ſcribentium cõis eſt,†ꝙ proteſtatio non ſit neceſſaria, ſed utilis:per l.ij.ff. ſi quis caut.& §.dies l.j. ff. qñ appel. ſit l.j.§.ſi reus ff.de eo per quem fact. erit.& l.arbiter ſi calendis ff.de arbit. requiritur enim ſolum ad oſtendendum ꝙ animus impediti erat actum perficere ſi potuiſſet.Vnde ſi alio mõ quam per proteſtationẽ conſtare poſſit de tali animo ſatis eſt: quia non refert quid ex æquipollentibus fiat c. ĩ his de uerbo.ſig.l.ſi mř C.de. inſti. & ſubſti.ſub condi.fact.dũmodo igitur de impedimento & diligentia aliter cõſtare poſſit, ſatis eſt. Sed quan-
11 do † impedimentum notorium fuit & nihil profuiſſet diligentia,ut qñ sẽper viguit bellum,aut notoria peſtilentia & ius non reddebatur.nec agitur de conſtituendo aduerſarium in mora,ſed de ſe excuſando a negligẽtia petendi,nõ eſt opus diligentia neque proteſtatione: quia non tenetur quis facere,quod factum non releuat l.fi.ff.quis ordo in bono.poſ.ſer. Maior contrarietas, quæ ſit inter docto.
12 in materia iſta,eſt qñ†impedimentũ ꝓuenit facto iudicis, quia plures ſũt tenentes requiri hoc caſu proteſtationẽ:ut per Fely.& Pariſ.preal.Cõis tñ doc.opinio vř eſſe in oppo. per iura præal.vt per Dec.hic. & in cõſi.ccclvj.& Ripam loco præal.ubi communem conclu.ꝙ impeditus facere actũ in termino excuſetur quamuis de impedimento non fuerit proteſtatus, ita ꝙ proteſtatio non ſit neceſſaria:
13 fallentiã ponit†qñ impeditus actum facere uellet alio in loco,& corã alijs perſonis, quam corãm illis corã quibus tenebatur,proteſtari,tunc debet ꝙ ibi & corã illis perſonis actũ facit, quia impeditur corã perſonis & in loco a iure deputato actũ ipſum expe-

dire; ita procedit text.d.c.fi.& d.l.fi.
Ratio fallentiæ eſt,quia cum actus ta
lis fieri poſſit & pro libito uoluntatis
& ex neceſſitate impedimenti. Item
ex diuerſis cauſis,& ad diuerſos fines
requiritur proteſtatio animi declara-
torio : ut ſciatur ꝙ ex neceſſitate &
ad effectum certum actus ipſe expedi
tur : ut in d.l. fi.dicitur. Et prædictæ
opinioni adhæreo. nihilominus ante
factum laudarem ad euitandum opi.
doc.fieri ſolēnem proteſtationem de
impedimento, quodque per eum nō
ſtetit nec ſtat. Et fieri debet tpe con-
gruo ac publice & impedimenti cām
continere,ut poſt Peruſi.tradit Fely.
in d.c.ex transmiſſa col.iij. in fi.& ut
dicit Abb.in d. c. plerunq;. diligen-
tia probabitur per proteſtationē. Et
ſic licet non ſit de forma eſſentiali,
erit tamen de forma probatoria, ut
vult ēt Pau.de Ca.in conſi. xxj.in cā
col.pe.in antiquis. Circa quartum
14 articulum, † quomodo, & qualiter
metus purgetur: conſiderandum eſt
ut inquit Dec. ꝙ metus purgatur ex
libera voluntate quæ poſtea expreſſe
uel tacite ex aliquo actu deprehendi-
tur,& ideo metus, qui in promitten-
do interuenit,tollitur & purgatur ex
ſolutione ſponte facta l.ij. C.qđ me-
tus cau. præſertim ſi ex interuallo fa
cta fuit,& ceſſante cauſa metus,ut ibi
per Bal.Alex.& Dec.hic plura alleg.
ad notabilemq; quæſtionem inferen
tem. & per Alex.in conſ.xciij.col.ij.
lib.v.Barb.in conſi.liiij.fol.ult.lib.j.
ubi de purgatione metus per ratifica
tionem vel renunciationem factam,
ceſſante cauſa metus,tradunt. Et de
hac materia uide Iaſonem in conſi.
lxxij.lib.j.& clxv.& ccxxvij.col pen.
uol.ij.Dec.in conſi.ccxix. & ccccxc-
viij. Poſtremo ad hanc regulam, ꝙ
15 † pro facto habetur illud, ꝙ non fuit
factum propter metum uel impedi-
mentum.gl.aſſignat duas limitatio-
nes.de quibus vide Soci.in l.iure ci-
uili ff.de conditio.& demon.& Cor.
in l.fi.C.de condi.inſer. Et ad mate-
riam huius legis videnda ēt ſunt quę
traduntur per gl.& doc.in l. nihil cō
ſenſui. ĵ.eo.ti.& Alcia.in tract. præ
ſump.in vij.præſump.tertiæ regulæ.
vbi tractat de probatione metus.

S V M M A R I V M.

1 *Voluntas nulla quomodo intelligitur.*
2 *Prodigus quis dicatur.*
3 *Luxurioſe uiuens an dicatur prodigus.*
4 *Prodigo non petenti curator datur, & ſubſtituitur exemplariter, ut in furioſo.*
5 *Beneficia pupillo conceſſa, extenduntur ad prodigum.*
Glo.l.ij.C.de cura.furio.ornatur.
6 *Prodigus & furioſus teſtari prohibētur etiam pro anima, limita ut hic.*
7 *Prodigo & furioſo curator datiuus non poteſt conſtitui, quando adeſt legitimus & habilis.*
8 *Curator prodigo conſtitutus cenſetur a lege, ſed non ipſo iure.*
9 *Prodigo ad ſanos mores redeunte ceſſat cura, ſed non ipſo iure.*
10 *Alienationes factæ per eum, cui interdictum fuit minus legitime, non tenent & quid ſi interuenerit iuramentum numer. 19.*
11 *Prodigus quando æquiparetur pupillo, vel adulto curatori habenti nu. 12.*
13 *Prodigus in delictis non excuſatur. ſecus in furioſo.*
14 *Maius uitium eſt prodigi quam furioſi.*
15 *Prodigus matrimonium contrahere poteſt, & obligatur in dote ſi factus eſt locupletior nu. 16.*
17 *Prodigus in datione curatoris citari debet, ſecus in furioſo nu. 18.*

L. X L. Pomponius.

Furioſi, uel eius, cui bonis interdicitur, nulla uolūtas eſt.

SVMITVR ex l. fulcinius in §.
idemque.ff.ex quibus cau.in poſ. ea-
tur.& ex l.is cui bonis.ff.de uerb.ob-
1 lig.Et intelligetuolũtatẽ nullã eſſet,
id eſt ꝓ nulla ĩ iure haberi.ideo dicit
iuriſconſultus in d. l. fulcinius in §.
adeo. in furioſo occultationem non
dari.non enim ſe occultat, qui ſuus
non eſt.Deci.hic in materia quædam
gerit,materia diffuſa.eſt utilis & quo
tidiana,& ordinarie per doct. exami-
nata in d.l.is cui bonis.ff.de uerb.obl.
ibi propterea uidendum eſt.Quantũ
ad furioſus recurrendũ eſt ad ea quæ
diximus ĩ l.in negotijs.ſupraeo.Hic
de prodigo,& qũo,ac qualiter æqui-
paretur furioſo pauca uidebimus.

2 Prodigus†dr̃, qui ſupra uires pro-
priæ ſubſtantiæ expendit, in ſumpti-
bus nullam conſiderationem habẽs.
Vel aliter,dic ꝓdigum eum eſſe, qui
neque tempus,neque finem,aut mo-
dum expẽſarum habet: ſed bona ſua
diſſipando & lacerando profundit,ut
dicit tex.in l.j.in .§j.ff.de cur.fur.ſe-
quitur Deci.hic & Iaſo. in d.l.is cui.
col.j.citat Ange.in auct.ut deter. ſit
num.cler.vbi per illum tex.in §.cum
uero.docet practicam articulandi, &
probandi, quem prodigum. Aquen.
tamen ad fi. commenti prædictæ l.is
cui bonis,dicit relinqui arbitrio iudi-
cis,quis dicatur prodigus, tale tñ ar-
bitrium debet eſſe a iure regulatum,
prout arbitriũ boni,uiri faciunt quæ
de ꝓbatione prodigi ſcribit hic De-
ci.& in conſ.cclxxiiij. vbi repetit oĩa
hic dicta,uide ẽt Pau.Ca.in conſi.cc-
lxxiij. alias cclxxv.incip.a ſecũdo co
lu.ij.in antiquis.de prodigalitate,in-
quit, ſtari declarationi iudicis: non
ſic de ætate.idẽ uoluit Aquẽ.in d.l.is
3 cui bonis col.iij. An ãt† luxurioſe ui
uẽs prodigus dicatur? Reſpõde ꝙ ſic
reſpectu honoris,& famę nõ ãt reſpe
ctu bonorũ,& ideo niſi luxurioſe ui-
ueret,ẽt quo ad diſſipationẽ patrimo
nij eidem curator non daretur,ut per
Aquẽ.loco præal.facit illud ſatyrici.
Prodiga non ſentit pereuntem fœmi
na cenſum. Prodigus igitur a lege
æquiparatur furioſo: ut hic & in d.l.
is cui.cum alijs ibi per Iaſ.adductis.
Et fundata eſt talis ſimilitudo in iure
ac ratiõe naturali,quia & ſi ex ſermo
nibus prodigi mentis compotes vi-
deãtur quantum,tñ ad bona furioſo-
rum faciunt exitũ, ut dicitur in l.his
qui ad fi.ff.de tut.& cur.not. Alex.in
d.l.is cui. col. fi. ideo mirum non eſt
4 ſi æquiparantur: pp ꝙ†prodigo non
petenti curator dari põt, & ſubſtitui
exemplariter: quẽadmodum filio fu
rioſo.Deci.hic & prius per Iaſ.in d.l.
is cui in vj.not.ponentẽ poſt Alex.ꝙ
5 †oĩa beneficia conceſſa pupillo,extẽ
duntur ad prodigũ per gl.not.in l.ij.
in uerbo, agnatum C. de cura.furio.
de quo uide Ro.conſi.clxxix. col.iij.
Alex.in l.marcellus.in princ.ij col.ff.
ad trebel.in l.cẽtur.col.ij.ff. de uulg.
in l.impuberibus ff.de acquir.hæred.
Fely.in c.cum non liceat. colu.iij.de
præſcrip.& in c.cãm. colu.iij.& in c.
paſtoralis.col.ij.de iud.Fran. de Cur
te in repe.l.admonendi. col.vij.ff.de
iureiur.Mode.in l. humanitatis.C.de
impub.& alijs ſubſti.Balb. Taurinẽ.
in tract.præſcrip.fol.lxv. in xxiiij.ca-
ſu.ubi ponit de prę ſcriptione,quę cõ
tra prodigũ non currit, ſed dormit:
prout ẽt facit reſpectu furioſi. Rur-
6 ſus†quẽadmodũ furioſus teſtari non
põt: ita nec prodigus l.is cui.ff.de te
ſta.& inſtitu.quibus nõ eſt permiſſũ
fac.teſt.§.itẽ furioſus.ẽt ad pias cãs &
pro anima, quia inhabilis eſt inhabili
tate ſurgente ex naturali ratione, ut
furioſus,ita cõſuluit Alex.not.in cõ
ſi.clxxxij.lib.v.& voluit ẽt Phil.Frã.
quicquid alij ſentiãt, ĩ rub.de teſt.li.
vj.in iiij.col.Vbi poſt Bal. & Imol.
limitat, niſi ſtatutum aliter diſpone-
ret.Itẽ lim.in ingrediẽte monaſteriũ

quia, ex quo ingreſſus permittit̃, uſ̃ permiſſa diſpoſitio teſtamentaria, ut acceſſoria ad ingreſſum. arg. c. acceſſorium. de reg. iur. in vj. ita Lap. alle. xxvj. in ij. dubio.

Et ex pdictis pariter limitari poſſunt ea, quæ poſt alios ſcribit Iaſ. in l. j. in j. lec. col. fi. C. de ſacroſ. eccl. ꝙ diſpões teſtamẽtariȩ loquẽtes de teſtis, nõ cõprehendũt teſtamẽta ad pias cãs cõdita, ut nõ ꝓcedãt qñ loquerent̃ de inhabilitate a rõne naturali ſurgẽte. Et queadmodũ pr̃ furioſus bona filij nõ adminiſtrat, eodem mõ ſi pater ꝓdigus ſit, & diſpẽſet bona filij, remouet̃ ab adminiſtratione, & filio per l. cõſulit̃. ut per Soc. in cõ ſi. xxxiiij. in quarto prin. art. uo. j. Itẽ

7 †queadmodũ mentecapto & furioſo a lege ꝓuiſum eſt de agnato, ut tutelã ſuſcipiat cũ iuro, inuẽtario, & alijs ſolẽnitatibus, de quibus in l. tã demẽtis, & in l. de curatiõibus. C. de epiſc. aud. & in l. fi. C. de cur. fur. & iudex ad datiuũ deuenire nõ põt, poſt quã lex de legitimo ꝓuidit, niſi prius cõſtito de curatoris defectu, uel inſufficiẽtia. Anch. in cõſi. cccxiiij. inci. videret̃. Ita eſt ẽt in cura ꝓdigi quȩ legitima eſt, quia ex l. xij. tab. ꝓdigi. in cura agnatorũ ſunt. §. furioſi. inſt. de curat. utpote quibus eorũ hæreditas defertur, ut inſti. de legi. agna. tut. in priu. Et curatori datiuo nunquã locus eſt, niſi legitimis deficiẽtibus, aut inhabilibus conſtitutis, ut p gl. & Ang. in d. §. furioſi. ſufficit tñ ꝙ legitimus præſens ſit dationi talis curatoris & expreſſe uel tacite conſentiat, ut per Pau. de ca. in cõſ. cclxxiij. alias cclxxv. incip. a ſecundo. col.

8 ij. in antiquis. Et talis curator† cõſtitutus prodigo cenſet̃ a lege, nõ ipſo iure, ſed facta interdictione. interueniẽteq; plena cãæ cognitione, ac decreta adminiſtratione bonorũ curatori prodigi, quicquid Imo. ſenſerit, ut per Are. in d. l. is cui lege. circa fi. & per Aquẽ. in d. l. is cui bonis. colũ. iij. ẽt ꝙ eſſet notorie prodigus, ut p Ale. Iaſ. & Aquen. in d. l. is cui bonis,

9 ſicuti ecõtrario† ad ſanos mores ꝓdigo redeũte dicta cura nõ ceſſat nec ꝓdigus adminiſtrationẽ recuperat, niſi ſuper hoc iudicialis & declaratoria ſñia pceſſerit, ut per Iaſ. in d. l. is cui bonis. col. v. ubi Aquen. iiij. licet aliqui aliter dicãt. & talis curator tenet̃ curã ſuſcipere, & rõnẽ adminiſtrationis reddere, ut per Dec. in cõſ.

10 cclxxiiij. Et ſi †bonis alicuius tam quã ꝓdigi interdictũ fuerit, & ꝓdigo curator dat⁹, ſed minus legitime ex cã aliqua, uel defectu, licet datio curatoris nõ ſubſiſtat, alienationes tñ factæ nõ tenẽt. Pau. de Ca. in cõſ. pal. & probat̃ in d. l. is cui bonis, ſm inductionẽ Are. ibi in j. & ij. co. Ali-

11 qñ† ꝓdigus æquiparat̃ pupillo quãtũ ad ſtipulandũ & ſibi acquirendũ. ut hic per Dec. & Alexã. in d. l. is cui bonis. col. j. ubi Iaſ. in ij. not. melius ſentiẽs ex illo text. not. prodigũ, cui interdictũ eſt bonis, quantũ ad ſtipulandũ & acquirendũ ſibi, æquiparari diſcreto uiro. Quantũ autẽ ad alienationẽ uel obligõnẽ ȩquiparari pupillo, & furioſo, & cõſequẽter claudicat cõtractus ueluti in perſona pupilli. l. Iulianus. §. ſi a pupillo. ff. de actio. empt. imputandũque eſſe con-

12 trahenti cũ ſimil perſonis. Sed† l. ſi curatorem habens. C. de in integ. reſtit. mino. æquiparat prodigũ, cui bonis interd. eſt, adulto curatorem habẽti. Quod intelligit̃ in actibus uiuentium, ſecus in actibus morientiũ, ſecundũ Bar. ibi. ſequit̃ ſimpliciter Iaſ. in d. l. is cui bonis. col. iij. auctoritas. n. talis curatoris adulto dari nõ reſpicit actus ultimæ uoluntatis, qui debent effectum ſentire poſt mortẽ adulti. l. aurelius §. grauis. ff. de lib. leg. unde quo ad actus illos perinde

eſt ac ſi adultus curatore careret quo caſu eius bona adminiſtrare poſſet. d.l. ſi curator. & poſt Bar. tradit Are. in l. is cui lege. col. j. ff. de teſta. Et procedunt prædicta in cõtractibus, 13 ſecus† in delictis, in quibus prodigus puniť, ut quilibet alius, cum uitiũ coniunctũ uitio non excuſet maleficiũ, ut hic per Dec. poſt Bal. Ange. & alios, & eſt cõis doct. ſnĩa, ut ꝑ Iaſ. in d.l. is cui. col. viij. ubi Aquen. iiij. quod, n. prodigus non obligetur contrahẽdo, introductũ fuit in eius fauorẽ ne ipſius bona d. ſſipenť, quo fauore delinquens dignus non eſt, ut poſt Bar. & Pau. de Caſtr. ſcribit ibi Iaſ. limitans, ut per eũ, & prius ꝑ Aret. ibi circa fi. cõmenti. Sed furioſus ſuus nõ eſt; ut ſupra dixi, & ſatis furore ipſo punitur, ideo ẽt in deli-14 ctis excuſatur. Eſt etiã† maius uitiũ prodigi, quã furioſi, quia prodigus facilius quã furioſus ad ſanos mores reduciť (ut. n. in epiſtola Alphõſi ad Philip. Mediolani Ducẽ ſcribiť, ſentẽtia eſt philoſophorũ, eum, qui ſemel inſaniuit, nunquã reduci ad ſanitatẽ, refert Iaſ. in d.l. is cui. colũ. v. Eſt ẽt inter ꝑdictos dñia, quia non ita deprehẽdi põt prodigalitas, ſicut furor, nec eſt ita enorme uitiũ, ut ꝑbať in l. is qui. ff. de tut. & cura. dat. ab his. & uoluit Aquẽ. in d.l. is cui bo-15 nis. in j. colũ. Item† cum furioſus non poſſit contrahere matrimoniũ rõne deficiẽtis cõſenſus. l. a patre furioſo. ubi Iaſ. in j. colũ. ff. de his qui ſunt ſui uel alie. iur. an idem erit in prodigo. qui furioſo æquiparať doc. nõ declarant? Prima facie uidebať, ꝙ ſic, quia matrimonium eſt ſpecies. ſeruitutis. l. ij. ff. de libe. homi. exhi. ad iſtud propoſitum adducta ꝑ Alexan. in conſil. lxxj. libr. ij. & obligat perſonam quæ cunctis rebus pretioſior eſt, & inæſtimabilis. l. liber hõ ff. ad l. Aquil. ergo prodigus tam arctam & arduam obligationem contrahere non poterit. Oppoſitum uerius arbitror, quia ut in ſuperioribus dictum fuit, & in alio propoſito ſcribit Aquen. in d.l. is cui bonis. colũ. quarta. prodigus conſenſu non caret quo nuptiæ contrahunť. l. nuptias. ſupra eodem. Nec diciť mõ aliquo capite diminutus. Bal. in l. certũ. colũ. pen. C. unde legit. nec actus iſte tendit ad diminutionẽ ſui patrimonij, immo ad utilitatem publicã. l. j. ff. ſoluto matrimo. & hoc præſertim procederet ubi matrimonium eſſet ſibi conueniens, per ea, quæ in alio propoſito tamen, refert Iaſo. in d.l. is 16 cui. colum. ij. Reſpectu uero† dotis ſi ad illius reſtitutionem ſe obligauerit non uidetur ꝙ obligatio ſubſiſtat per hãc regulam, & d.l. is cui bonis. niſi quatenus prodigus effectus eſſet ex ea locupletior argumen. l. j. in fi. ff. depoſi. cum alijs quæ poſt Decium adduximus in præcedenti regula. Et cum ſimilibus contrahenti imputandum eſſet reſpectu bonorum, quæ prodigi & diſſipari poſsũt, ſi curatoris auctoritatem non adhibuit. Confirmo nam prodigus religionem ingredi poteſt, & conſequẽter ſpirituale matrimonium cõtrahere, ut per Lappum allega. xxvj. Phil. Fran. loco ſupra alleg. & Iaſ. poſt Alber. in auctẽn. ingreſſi. col j. C. de ſacroſan. eccle. ubi dicunt bona uenire acceſſorie, & monaſterio applicari, ſi poteſt ſpirituale matrimonium contrahere: ergo & carnale, ut per Lappum præalleg.

17 Poſtremo uidendum eſt† an in datione curatoris prodigo citandus ſit prodigus ipſe? Dec. hic ad fin. tenet ꝙ non, quia talem actum impedire non poteſt, ergo neceſſaria non eſt illius citatio, per regulam. l. qui poteſt, ſupra eo. quicquid dixerint Ange. Alex. & Soc. & hanc opi. ſequitur

etiam conſulendo Deci. ipſe in cõſ. cclxxiiij.ad fi. per prædictam rationem,& æquiparationem hic factam. Ad oppoſ.eſt communis:ut p Aquẽ. in d.l.is cui bonis.colũ. quarta. quia cum agatẽ de præiudicio ipſius prodigi cui curator dãdus eſt, debet citari per regulam.l.de uno.ff.de re iudic. & l.nam ita diuus.ff.de adopt. Non obſtat ꝙ iſta datio curatoris poſſit fieri & expediri eo inuito,ergo & illo abſente ac ignorante. Reſpond. ꝙ regula procedit ubi eſt eadẽ ratio alias ſecus.l.ſi in tres.ff.de arb.ſed in propoſito noſtro nõ eſt eadẽ ratio, quia ſi citabitẽ, forte defendet cãm ſuam, & ſic actiones ſuas iuſtificabit,ꝙ non iudicabitẽ prodigus,& iudicem trahet in ſuam ſententiã,ita ꝙ ratio.l.ſi in tres. hic optime quadrat & cõuenit.Vel etiam reſpõ. ꝙ regula procedit ubi ſimpliciter & abſolute quid fieri poteſt me inuito,ut pariter me ignorante fieri ualeat,ſecus quando fieri nequit,niſi cauſa cognita,iudiceque permittente, ut in caſu noſtro;iuxta l.obſeruare.ff.de curat. fur.& tradita per Aquen.in d.l.is cui bonis. colum. tertia. tunc enim regula prædicta non procedit, ut per Are. in l. ij. in §. fina. colum. fina. ff.ſolu.matrimo. Non obſtat æquiparatio in lege noſtra facta:procedit enim poſtquam fuit bonis prodigi interdictum,non autem ante, prout in propoſito noſtro, cum poſſit eſſe in iudicio ſibique competat poteſtas & facultas adminiſtrandi ſua. l. Iulianus a contrario ſenſu.ff.de cur. fur.cum not.per Aretin.in l.is cui lege.circa finem.ff.de teſtamen.& Iaſ. in l.is cui bonis.colum.iij. Quinimmo Areti.in d.l.is cui bonis. col. iii.
18 firmat,defendereq; nititur, etiã†furioſum in datione talis curatoris citari debere, cũ de illius agatur præiudicio. Sed hoc falſum eſt,& cõtra ſnĩam a doctor.cõiter receptam, q̃a cum carea conſenſit, in iudicio non ſtabit,uocandi tamẽ erunt illius propinqui,ut per Aquen.in d.l.is cui bonis.colum.fi.& conſuluit Ale. lib. ij. in cõſi. lxxxvj. An autem contractus prodigi iuramento firmetur.uide per doct.in d.l.is cui.

SVMMARIVM.

1 *Actor non debet eſſe melioris conditionis,quam reus.*

2 *Reus nolens ſuperflua probatione onerari admitti debet.*

L. XLI. Vulpianus.

Nõ debet actori licere quod reo non permittitur.

1 Et ſic † non debet melioris conditionis eſſe actor, quã reus exemplificando, ut hic per gloſſ. & Deci.& gloſſ. nota. in capitu. non licet actori. de regul. iur. in ſexto. ubi ponitur etiam iſta regula. Ad idem text.in cap.ij.de mut.peti. ibi, cum actoris, & rei eadem ſit conditio, ſeruanda eſt æqualitas in iudicijs, cap.in iudicijs, de regul. iuris, eodem lib.ſexto. ſecundum Philippum Franc.& alios ibi,ſed ille text. recte intelligendo aliud dicit, perſonarum uidelicet acceptationem, non debere eſſe in iudicijs, magnumque ita eſſe iudicandum ut paruum, nec aliter cum regibus, aliter cum alijs eſſe in iudicijs agendum, ut declarat text. cap. nouit. de iudic. De æqualitate igitur inter actorem, & reum ſeruanda melius probatur in dicto c. ij. & in l.ubi falſi. C.ad legem Corneliam.de fal.ubi dicitur,ꝙ iudex inter litigãtes medius eſſe debet,nec unũ a dextris, alium a

ſiniſtris habere, ſm glo.ibi. Ad idē l. fi.C.de fruc.& lit.expen.ubi ſm cōmunem intellectum,dicit in iudicijs ſeruari debere æqualitatē, nec iudiciū claudicare conueniēs eſſe, ut per Philip.Fran.in d.c.in iudicijs. & Aquen.in prin.l.iij.ff.quod quiſq; iur. Verus tamen ſenſus illius text.l.fi, ſ. alius eſt,ut ibi declarat Paul. de Ca. & Dec.in l.nō eſt nouum C.de edē.

Ex hoc ꝙ inter actorē & reū ſeruanda ſit æqualitas in iudicio, & ꝙ prærogatiuæ uni ex litigatoribus cōceſſæ,etiam alteri competant,inferri poteſt ad determinationem quarundam qōnū,ut hic per Dec. Fel.plura alia cōgerit in rub.de reſcrip.col.j.& in c.ij.de mut.peti. Per hanc regulam infert hic gl.& in d.c.non licet.

2 ad fin.quod† ſi reus antequam actor puta probauerit eius intentionē uelit exceptionē probare, & ſe ſuperfluā probatione onerare, mos ei gerendus eſt.de quo uide Ioan.And.in Specu.de prob.in §.ij.& Fel.in c.cū cauſa.colū.j.de re iudi. Circa caſus ſpeciales poſitos per gl.hic.& in d.c. non licet. dicendum eſt, ut per eaſdem g o.

SVMMARIVM.

2 *Aduentitium lucrum quid ſit.*
Lucri, & damni diſpar eſt ratio, & quando nume. 3.

§. In re obſcura melius eſt fauere repetitioni, quam aduentitio lucro.

1 CAPITVR hic† aduentitium lucrum,pro omni lucro quod ex fortunę liberalitate aduenit, iuxta l.cū. oportet.in prin.C.de bon.quæ libe. ubi ponitur qūo differāt aduenitia, & profectitia. de quo etiā in l. profectitia.ff.de iure dot. Sumi autē potuit præſens regula a l.ꝓculus.ff. de dam. infec.& a l.qui autē in princ.ff. de his quæ in frau.cre.cum ſimi. Lu-

2 cri.n.† & damni ſemper in iure diſpar fuit habita rō,iuribus præal. cū accumulatis per Dec. in xxxiij.regula ſupra eo.& per Fede.de ſen.in ix. q.Barb.in conſi.xxiij.col.ij. libr.j.& xlj.col.vij.& xvj.in eo. & cōſi.xxj. in tertio dubio.uol.iij. & inter conſ. Soc.iiij.lib.in cō. lxxvij. col. fi.ſcribentes in l.cum quidā. per illū text. ſupra de iu.fiſc.& Deci. in cōſ.cclx.

3 Sed confundi† uidetur hæc regula per xxxiij.ſupra eo.dum ait,ꝙ ſiue is qui petit, ſiue is a quo petitur de lucro tractet,durior eſt cauſa petitoris.gl.hic quam Dec. ſequitur intelligit quaddo repetens de damno euitādo tractat.alias ſi de lucro uterque tractaret procederet regula. dic. leg. in eo. ut durior eſſet cauſa petitoris. Confirmari poteſt quia damni, & lucri, ut dictum eſt diſpar eſt ratio. Et ſi uterque de lucro tractaret potior eſſet cauſa conuenti, cui iura magis cæteris paribus fauent.l.fauorabiliores.& l.in pari.infra eo.ti. & ꝙ fauendum ſit recuperatorio iudicio rem perſequentibus, pulchre etiam ponit Cic. in ij.char. v.lib.Verrinarum.

SVMMARIVM.

1 *Ceſſante lege ſufficit allegare rationem naturalem.*
2 *Hæres iuſtam ignorantiam habet in rebus defuncti. Fallit nu.9.12.13. & 14.*
3 *Hæres qui propter canonem nō ſolutum cecidit à iure ſuo reſtituitur in integrū ex clauſula ſi qua mihi &c. & nu.5.*
4 *Clauſula, ſi qua mihi cauſa, &c. competit contra præſcriptionem ce ntum annorum.*
6 *Hæres denegans reſtitutionem rei conductæ, nō patitur pœnā.l.pe. C.unde ui.*
7 *Hæres uendens fundum emphiteuticum*

non cadit à iure ſuo. Idem de feudatario feudum alienante nu 8.

10 *Suus hæres immiſcendo ſe in bonis patris, quando cenſeatur habere notitiam contentorum in teſtamento. & nu. 11.*

15 *Proteſtationi incitatoriæ quando parendum ſit, & quomodo caute agatur. nu. 16. 17. & 18.*

L. ſi quis inficiatus .ff. depoſit. declaratur, & ornatur.

19 *Reus habens iuſtam cauſam litigandi, ſuccumbendo excuſatur ab expenſis, & quæ ſit iuſta cauſa.*

20 *Reus, poſtquam cognouit ſe iniuſtam cauſam fouere, ſuccumbens, an condemnetur etiam in expenſis factis ante cognitionem. & nu. 23.*

21 *Debitor citatus confitens debitum abſque interpellatione extraiudiciali abſoluitur ab expenſis, ſecus ſi negauerit.*

22 *Reus quando in expenſis ob malitiam, & dilationem ueniat condemnandus.*

24 *L. quidam hyberus .ff. de ſeruit. urban. præd. ornatur.*

25 *Poſſeſſor bonæ fidei ſuccumbens in quibus fructibus debeat condemnari.*

26 *Actor an poſſit habere iuſtam cauſam, ita ut non condemnetur in expenſis.*

L. XLII. Caius.

Qui in alterius locũ ſuccedũt iuſtam habent cauſam ignorantiæ, an id quod peteretur deberetur. Fideiuſſores quoque non minus quam hæredes iuſtam ignorantiam poſſunt allegare. Hæc ita de hærede dicta ſunt, ſi cum eo agitur, non etiam ſi agat, nam plane qui agit, certus eſſe debet cum ſit in poteſtate eius, uelit experiri, & ante debet rem diligenter explorare, & tunc ad agendum procedere.

DIVIDITVR in duas partes. In prima ponit dictũ bimẽbre. In ſecunda declarat, quõ, & qualiter procedat primum dictũ ſecunda ibi, hęc ita. Sumit̃ ex ll. per glo. alleg. Et fundata eſt in rõne naturali, quã-
1 quã† ſolã allegare ſufficit. l. ſcire oporter. in §. ſufficit. ff. de excu. tu. ibi, cuius fidẽ ſufficit firmari ex ipſa naturali iuſtitia, & ſi ſit ẽt cõſtõ imperatorũ hoc dicentiũ. ad idẽ l. in reb⁹. §. poſſunt. ff. cõmo. de quo uide Bal. in l. unica. in §. j. per illũ tex. C. de cadu. tol. Barb. in cõſ. iij. co. fi. lib. ij. dũ ponit, quid ꝓbari, & reprobari rõne naturali. Iaſ. in l. dedi. in §. ſi liber. colũ. vij. ff. de cõdi. cau. in l. quãuis. col. j. ff. de in ius uoc. l. illã. colũ. iij. C. de col. in auc. ſi qua mulier. col. ij. C. de ſacroſ. eccl. Cor. in litera O ſing. incipiente ubi doct. Dec. in c. ſecũdo requiris. in iij. not. de appel. & Moder. Bono in repe. rub. C. de ꝓb. co. xxxviij. Principiũ iſtius regulę ponit̃ ẽt in c. cũ quis. de reg. iu. in vj. & licet generaliter dicat de ſuccedẽte in ius & locũ alterius, tñ ut in ſeq. declarat̃ de hęrede loquit̃, ſed procedit in oĩ ſucceſſore tam uniuerſali, quàm ſingulari, ut per gloſſ. in dicto capitulo cum quis.

2 Nota ergo † ꝙ hęres in rebus & geſtis defuncti iuſtam & probabilẽ habet ignorantiã, quia in facto alieno tolerabilis eſt ipſa ignorantia. l. fi. ff. ꝓ ſuo. l. ſi mulier. ſupra ad velleia. de c. cum quis. & c. ab excommunicato ubi traditur de reſcriptis.

Contrarium in propoſito noſtro uidebatur dicendum, quia hæres & defunctus cenſentur una & eadem perſona. §. j. in auten. de iureiuran. a mor. pręſt. Et ex perſona ſucceſſoris non mutatur conditio obligationis. l. ij. §. ex his. ff. de uerbo. obligat. ergo ignorantia improbabilis. Rñde ſecundum Anchar. in conſ. ccxliiij.

4 namētũ. d. §. equitij. Et ꝙ † ſermo qui actum ualere facit, aptior & con uenientior rei gerendæ dicať. uide l. quoties cum dictis Soc. ff. de reb. du bi. l. quoties cum dictis Iaſ. ff. de uer. obl. & in l. contrahenda. infra eod. & Alc. in trac. præſumptio. in xxxiiij. ꝓ- ſum. & ſeq. tertiæ regulæ. Iaſ. ubi li- mitat poſt Aret. in l. uerbis ciuilibus in iij. no. ff. de uulg. & in l. cohæredi. in § cũ filio. col. pe. illo eo. ti. & ēt in l. plane. in §. ſi duobus. in j. no. de le- gat. j. & Rip. in l. centurio. num. 128. ubi aliter limitant. ff. de uulg.

SVMMARIVM.

1 *Hæc regula loquitur in beneficio, & numero 4.*
2 *Beneficia, & priuilegia perſonalia cum perſona extinguuntur.*
3 *Mutata perſona, res conditionem, qualitatemque mutat.*
5 *Caſtrum ob merita, per principem conceſſum, quando intelligatur perſonale.*
6 *Vicariatus per papam ad decem annos conceſſus, eſt perſonale.*
7 *Conceſſio an realis uel perſonalis cenſeatur, & quid in dubio.*
8 *Priuilegium datum perſonæ, ad alias non extenditur, nec de loco ad locũ. Fallit in acceſſorijs nu. 11. & quid in correlatiuis nume. 12.*
9 *Priuilegium alicui & deſcendentibus ſeu poſteris datũ, quomodo intelligitur.*
10 *Et an trahatur ad bona futura.*
13 *Priuilegium actioni datum, ſemper cum actione tranſit. Idem in executiuis.*
14 *Priuilegium cauſæ & rei, tranſit ad hæredes.*
15 *Exemptio propter nu. 12. liberorũ patri data, durat etiam mortuis liberis.*

L. LIX. Paulus.

In omnibus cauſis id obſeruatur, ut ubi perſonæ conditio locum facit beneficio, ibi deficiente ea, beneficium quo-

que deficiat , ubi uero genu
actionis id deſiderat, ibi, ad
quemuis perſecutio eius deue-
nerit,non deficiat ratio auxilii.

SVMPTA eſt ex.ll.per gl.alleg.
Sed uidetur hæc regula in utroque
membro repeti in l. priuilegia.ĩ.eo.
ti.propter quod altera de ſuperfluita
te uidebatur argui poſſe?miror ꝙ De
ci.hic, nec alibi de hoc uerbũ dicat,
Arbitror dici poſſe(quicquid hic ſcri
bat Deci.intelligens ſemper hanc le-
1 gem in priuilegio)ꝙ † immo loquať
in beneficio,ut indicat lectura. quod
uerbum large ſumptum generale eſt
cõprehendens ẽt priuilegium, ut de-
clarant Pau.de Ca.& alij in l.fi. ſupra
de conſti.princ.& Alex.in l. quia tale.
per illum tex.ff. ſo.ma.L.uero, priui-
legia.loquať in priuilegiis proprie &
in ſpecie,ita ꝙ illa ſpãlis eſt in priuile
gijs.iſta generalis in beneficijs & pri
uilegijs.Itẽ illa ſolummodo loquitur
de tranſmiſſione priuilegij ad hære-
dem facienda uel non, iſta generalius
ad quẽuis tranſmiſſio fiat. Rurſus de
priuilegio actionis iſta loquitur, illa
de priuilegio cauſæ. Et ſic ceſſat op-
poſitio & argumentũm de ſuperflui-
tate. Circa primum dictum huiu-
2 ſce regulæ,ꝙ†beneficia & priuilegia
perſonalia cum perſona extinguanť.
Deci.hic plura acumulauit, quæ pro
maiori parte fuerunt Alexã.& aliorũ
in d.l.quia tale.uide etiã Iaſo.in l. ne
ſennius.ff.de re iud.& in l.j. & fi.ubi
etiã per Aquen.ff.de cõſti.prin.& Ca
3 no.late in c.priuilegium de regu.iur.
in vj.Hinc ẽt eſt,ꝙ†mutata perſona,
res cõditionẽ qualitateq; mutat c.ii.
de immu. eccle. in vi. pulchre tradit
Ancha.in conſi.clxxi.incip. caſus col.
ii.&Prepoſi.in ti.qual.iur.deb.dom.
uaſ.fidel.col.fi.& Deci.hic ad fi.com
men. Et quẽadmodũ ſuperius dixi
4 præſens regula †(quicquid hic in j.
col.ſcribat Deci.)habet locũ ẽt in be
neficio principis perſonali, ut cũ per
ſoná extinguať,per hanc l.& præalle.
& tradit Alex.in d.l.quia tale col.ii.
Nec ob.d.l.fi per quam mouetur De
ci.qui decipitur.nam loquitur in du
bio,& fateor tunc, ꝙ beneficiũ prin
cipis large debet interpretari,realeq;
cenſeri,ut ibi per Alexã.& Fulg pul-
5 chre in cõſi.ccxxv.conſulentẽ, ꝙ†ca
ſtrũ ob merita per principem uni no
bili ſimpliciter conceſſum, poſt eius
mortẽ filiis ſuis pertinet,nec ad prin
cipẽ reuerti debet,niſi intellige aliud
de conſuetudine obſeruaretur, ut in
Gallia,ubi cõceſſa per Regem alicui
benemerito,poſt illius mortem aliis
perſonis per eundẽ regem concedun
tur. Quando uero beneficiũ perſo
nale eſt,abſque dubio cũ perſona ex-
tinguiť, per prædicta. Quod ẽt patet
ex deciſione Bal.& Alexã.præallega-
6 torũ.†de officio uicariatus alicui per
Papam ad x.annos conceſſo,quia nõ
tranſit ad hæredes,ratio, quia perſo-
7 nale beneficiũ eſt. Et ad†cognoſcẽ
dum an ſeruitus,uel conceſſio realis,
perſonaliſve cenſeatur,& iudiceť,ui-
de Alb.de Roſa.& Aquẽ.in d.l.fi.co.
antepe.& Iaſ.in l.fi.ff.de no.ope.nũ.
& in conſi.ccxvii.lib.ii.& lxxxix.lib.
iii.Soci.in cõſi.xxxv.col.pe.uol.j.ubi
in dubio,priuilegiũ tã perſonis, quã
loco,datũ cenſeri uult. Et quẽadmo
dũ priuilegium & beneficiũ perſo
8 nę datũ,extinguitur cũ perſona,†ita
uni perſonæ datum,ad aliã limitatio-
nẽ coniunctã non extendiť, nec de lo
co ad locum,aut de contractu ad con
tractum,ut hic per Deci.& Aquen.in
9 d.l.fi.col.antepe. An autem†priuile
gium ac beneficium alicui & deſcen-
dentibus ſeu poſteris conceſſum, ad
oẽs tranſeat, deſcendentes tñ per li-
neam maſculinã quã fœmininã, deci
dit tex. not. in l.j. & ii.ff.de iure im-
mun.Alexan.in d.l.quia tale. Iaſo.in

conſil.lxij.ad fin. Soci.in repe.l.cum
auus. colũ.lv. uer. tertius caſus.ff.de
cõdi.& demo.Iaſo.in l.ſtipul.in.§.hi
qui ſunt.col.ij.ff.de uerb.oblig.Dec.
ubi multa cõſilia Alex, & aliorum ci-
tat,in c.nouit.in vj.not.de iud.in l.ij.
col.ix.& pen.ſupra eo.& ꝯſ.ccxxiij.
Qualiter autẽ interpretetur priui.&
10 beneficiũ circa res,ut puta † ſi cõceſ
ſum alicui fuerit reſpectu certorũ bo
norum,uel pro bonis ſuis, an ad futu
ra ſeu ad poſtmodum quæſita exten-
datur? inuenies, & cognoſces ex dictis
per Aquẽn. loco proxime allega. Ioã.
And in regula,qui ſentit.de reg.iu.in
mercur. Bald. pulchre in cõſil.cxxviij.
uol.iiij. Paul.de Caſt.in cõſil.cclxxx.
in antiquis. Alexan.conſil.clxxviij.&
cxciij.in tertio dubio.lib.ij.Soc.cõſi.
cxvij.col.fi.lib.ij.ſummã Ang. in ver
bo immunitas.in prin. Iaſo.in l.quo-
minus.col.xxij.ff.de flu.& in l.cũ ſti-
pulatus fuerim.in.§. cum ſtipulamur
ff.de uerbo.oblig.& in cõſil.ſuperius
alleg. Bald. cõcludit immunitatẽ pro
oneribus pſonalibus & realibus cõ-
ceſſam,ſibi locum uendicare ẽt in re-
bus poſtea quæſitis.de quo latius per
Brun.in trac.de augmẽto.fol.xij.col.
iij.& iiij.&in trac.de rebus ſeu diſpo
ſitionibus dubijs.fol.xxxj.& ſeq.ſub
c.ad quod tps diſpoſitio ſit referẽda.
Parpal.in repe.l.placet. col.pen.C.de
ſacroſan.eccle.Iaſ.in cõſi.xxv.lib.iij.
ubi tenet contra deciſionem Bald. in
conſil. præallegato. & Pariſi.in c.ac-
cedentes. colũm.ij.de præſcript. Et
11 quãuis † regulariter ad alias perſo-
nas non porrigatur priuilegium, hoc
tñ limitatur non procedere in perſo-
nis acceſſorijs & familiaribus,quibus
priuilegium competit, quũ abſq; illis
poſſet priuilegium inutile remanere:
ut hic per Deci.adde text.in l.ſi ſtipu
latus fuero per te non fieri.ff.de uer-
bo.obliga. ubi ſtipulatio, quæ ſtricti
iuris eſt, pro una perſona interpoſi-
ta,extenditur ad aliam ſine qua ſtipu
lationis effectus in expreſſa perſõna
cõmode locum habere nõ poſſet, &
plures not. deciſiones cõgerit ibi Ia-
ſo.Circa quã materiam ſemper uide-
bis Deci.hic Iaſ.& alios in loco præ-
allegato.Aret. in l.cum quid. col.fin.
12 ubi Soci.v.ff.ſi cer.peta.Iaſo. † in l.
non tñ.ff.de re iudi. Et ibi ponit,an
in correlatiuis priuilegium uni datũ,
alteri cõpetat. Circa ſecundum di-
13 ctum præſentis regulæ de † priuile-
gio actioni dato, ꝙ ſemper cũ actio-
ne tranſeat.Bald. in cõſil. xxij.incip.
tres.lib.ij.not.dicit,ꝙ ſicuti cedi põt
actio & iudicis officium.l.ſi minoris
ff.de admini.tuto.l.quod ſi minor.in
princ.ff.de minor.Ita actio, & officiũ
iudicis ẽt executiuum ex ſnia puta,
& creditor ſicuti debitor paratã ha-
bet executionem, quia tale eſt(inquit)
ius creditoris quale obligatoris: per
regulã.c.is qui in ius.de reg.iu.in vj.
pluraq; de ceſſione iſtius iuris execu
tiui,ſcribunt Aret.in d.l.j.col. fi.ff.ſi
cer.pet.Soci.in l.rem quæ nobis.col.
vij.ff.de acquir.poſſeſ.Alexã. in apo-
ſtil.ad Bart.C.de actio. & oblig. in l.
j.& Moder.Taurin.in l.debitori.col.
ij.C.de pact.& Moder. Papiẽ.in auc.
res quæ.in xij.dubitatione.C.cõmu-
nia de leg. De priuilegio uero cau-
14 ſæ † ad hæredes tranſeunte,eſt text.
in d.l.priuilegia infra eo. & ſimiliter
de priuilegio rei,quod rem ipſam ſe-
quitur, & tranſit ad quemcunque res
tranſeat,eſt text.in l.j.in.§.permitti-
tur.ff.de aqua quot.& æſti.& in l.for
ma.in.§.quanquam.ff.de cenſib. ut
hic per Deci. Generaliter dicimus, ꝙ
res onere aliquo affecta uel qualita-
te,cum onere illo uel qualitate anne-
xa trãſit:ut per Anch.in cõſi.cccciiij.
col.fi.Barto.in conſil.clxxx. Soci. in
conſil.xcvij.colũ.ij.uolu.ij.Bologni.
in conſil.iiij.Iaco.de S. Georgio. in
tract.feud.in uerbo qui quidem inue-

ſtiti. Præpoſ.in titu. qualiter iur.debe.dom.uaſ.fidel.col.fi.& Iaſ.in cõſil.xxj. lib. i. Ea propter qñ ſeruitus realis eſt,ideſt rei impoſita,tranſit ad quemcunque res uadat: ut per Iaſo. ĩ d.l.fi.ff.de no.oper.nun. & per alios ſcribẽtes ſupra allegatos. Quandoq;
15 † tñ priuilegium etiã intuitu perſonarum cõceſſum durat.licet perſonæ ipſe deficiant:exempli gratia,immunitas,& exemptio propter numerum duodecim liberorum patri data, durat ac perſeuerat licet moriantur filij. Deci. hic circa fi. & per doct.in l. ſi quis decurio. C. de decurio. libro decimo ubi eſt text.nota in materia. & per Imol. in conſilio lxxvij. & latius Iaſo. in l. ſciendum. in.§.fin.ff. qui ſatiſ.cog.

SVMMARIVM.

1 *Inuitus emancipari, vel legitimari non poteſt.*
2 *Contra voluntatem meam res mea in meliorem ſtatum commutari non poteſt.*
3 *Hæc regula limitatur.Et nume.11.14.* *Officia & honores propter publicam vtilitatem in inuitum conferuntur.*
4 *Soluere pro inuito quis poteſt, & non repetit. Limita in ſoluente pro emphyteota nume. 10.*
5 *Inuitum corrigere poſſum, & de domo ruente extrahere.*
6 *Medicus infirmum inuitum curat.*
7 *Expẽſa facta pro infirmo,uel pro liberatione captiui poteſt repeti.*
8 *Solutum pro condemnato ad pœnam licet inuito repeti poteſt.*
9 *Pœna talionis per romanos fuit ſublata.*
12 *Quæ actio nobis acquiratur ex ſtipulati.notarij,vel ſerui.*
13 *Acquiſita per filium & ſeruum quomodo inuito patre vel domino acquirantur.*

L. LXX. Paulus.

Inuito beneficium non datur.

SVMPTA eſt ex ll.p gl.alleg.facit tex.c.ubi.& c.cõſuluit.lxxiiij.diſ. & l.ſi pro te.ff.man. & l.fi.C.de neg.
1 geſt.cũ ſimilibus. Hinc eſt,ꝙ † quis inuitus emancipari,uel legitimari nõ põt.l.pen.C.de emancip.lib.l.fi.ff.de his qui ſunt ſui uel alie. iur. Sufficit tñ ratificatio legitimati,ẽt poſt mortem patris:ut poſt alios tradit Dec.in cõſil.lv.col.iij. De quo articulo emancipationis & legitimationis an requirant cõſenſum emancipati & legitimati,& qualis cõſenſus ſufficiat, etiã de infante loquendo, uide plene per Barba.in conſil.xxiiij.lib.ij. Cor.in cõſi.clxxvii.col.j.uol.j.Iaſ.in l.poſthum.col.j.C de contratabu. Deci.in dictis cõſil.lv.cccxvj. & ccclxvii.Iaſ. in conſil.cxxv.& clvj.lib.iiii. & Cur.
2 Iun.in conſil.xxxii.Hinc eſt,† ꝙ cõtra uoluntatem uſuarii, res per proprietarium in meliorem ſtatum commutari non põt.l.fi.ff. de uſu. & hab. cũ aliis de quibus per Alex. in cõſ.lv. ad fi.ĩ.ij.uol.& in l.cũ quid col.j.ubi Moder.Pap.iii.ff.ſi cert.pet. & Deci. in c.ex parte S.colum.ii.de reſcript.

Et hæc regula intelligitur quando ſolum agitur de intereſſe & utilitate eius cui cõferendum eſt beneficium,
3 ſecus † ſi de intereſſe alterius priuato aut publico agatur,tunc.n. etiã in inuitum confertur beneficium. ff. de mun.& hon.per totum.ubi ꝑꝑ publicã utilitatem in inuitum cõferuntur honores, ideo ad officia publica etiã inuiti eliguntur,iuxta gl.no.in l. dotem.ad fi.ff.ſol.mat. de quo per Bal. in l.ii.ff.quod quiſq; iur.& in l. ſi qñ. col.iii.ad fi.C.de appel. & in l. hi qui ad ciuilia.col.iii.ad fi.eo.tit.& per Fe
4 ly.in rub.de teſti.cog. Et pro † inuito ſoluere quis poteſt, illumq; liberare,

quia hoc ẽt cõmodum creditoris re-
ſpicit,& ſic alterius quã liberati.l.ſo-
lutionẽ.& l.ſoluere.ff.de ſolu.& ſcri
bunt Bart.& Pau.de Caſt.in l.ſoluẽ-
do.ff.de neg.geſt.& Ang.Aret.inſtit.
quib.mod.tol.oblig.ĩ prin. in.ij.col.
& Deci.hic licet de pdictis mentionẽ
non faciat. Hoc tñ caſu ſolutũ a li-
berato repeti nõ pt:ut declarat Bart.
in l.ſi ſtichũ.in.§.fi.ff. de noua.impu
tãdumq; eſt pro recuſante ſoluenti.
5 Et prædicta rõne † inuitũ corrigere
poſſum.c.nouit.de iudi. Et de domo
corruẽte ꝓximũ extrahere: ita ꝙ iu-
diciũ de ui pati non cogor, nec poſ-
ſum:ut hic ꝑ Dec.& Fely.in c.cõtin-
git.col.ij.de ſenten.excõ.& Cardi.in
6 c.j.lxxxiij.diſt.Dum dicit,ꝙ † medi-
cus bñficiũ curationis infirmo ẽt in-
uito, ſi põt, tenetur impendere, non
obſtãte qđ dicitur in l.noſtra.cũ mul
ta beneficia impendantur inuitis cor
poraliter,& ſpiritualiter. Violẽter.n.
angeli extraxerunt Loth,& totã eius
familiã de ſubuerſione Sodomorũ,
ne cum impijs ipſi ſimul perirent: ut
ſcribitur Gen.xix.& Auguſt.ad Bo-
nifaciũ ait, ꝙ furẽti frenetico & indi
ſciplinato filio medicus & pater ſalu
briter ẽt inuitis bñficia præſtant:me-
dicus illũ curãdo:&pater filiũ ligãdo
c.ipſa pietas.xxiij.q.iiij.multa.n.præ
ſtãtur inuitis,quia utilitati eorũ cõ-
ſulitur non uoluntati, quia ipſi inue-
niũtur ſibi inimici.c.&q. emẽdat.xlv.
diſtin. faciũt alia quę ſcribit Alex. in
7 apoſt.ad Bart.ſtatim allega. Et † ex-
penſa ꝓ infirmo ẽt inuito ꝑ medicũ
uel aliũ facta,repeti pt:ſecundũ Deci.
hic & Fely. in d.c.contingit col.ij. &
latius Alex.in apoſtil.ad Bar.in l. ſti-
chus ĩfra.alleg.queẽadmodum ſi ami-
cus, amicũ captũ ab hoſtibus exime-
ret & liberaret,ſolutũ per eũ repete-
re poſſit l.liber captus.C.de capti. ẽt
ꝙ prohibuiſſet, ceſſante hoc caſu re-
gula.l.fi.C.de nego. geſt. ſecundum
Bald.ibi.in ij.col.ubi dicit, ꝙ ſi ami-
cus meus erat in periculo amiſſionis
uitæ, niſi pro illo ſoluiſſem poſſum
illo prohibente ſolutum repetere.l.
at ſi quis. in.§.item labeo.ff.de reli-
gio: ubi impenſa ſepulturæ intuitu
pietatis facta, contra prohibitionem
hæredis repeti poteſt, quia non mi-
nus,dicit Bald.reipub.intereſt hoĩes
uiuentes conſeruari, quã mortuos ſe
peliri.& ſequuntur Salic. & Paul. de
Caſt.ibidem & Alexã. in apoſtil.ꝑal
lega. & ita conſuluit Deci. in conſil.
dcxcj. ſequens deciſionẽ Bar.in l.ſti-
chus.ff.de pec. leg. de qua dubitauit
8 hic. quod † pro cõdemnato in ampu
tatione manus uel pedis niſi centum
ſoluerit intra menſem,pro ipſo con-
dẽnato ẽt inuito & recuſante ſoluere
quis põt,& repetere maxime, cũ rei-
pub.interſit,hoĩes conſeruari,& im-
perium hominũ adiectione ampliari
magis, quã pecuniarũ copia:ut dicit
text.not.in.§.pen.l.fi.ff. de bo.dam-
nat.de quo text.uide Pau.de Caſt.in
conſil.ccxxx.col.ij. & Soci.in conſil.
cxxix.col.pen.uol.i.Facit tex.§. pœ-
nam autẽ iniuriarum. inſtit. de iniur.
9 ubi † pœna tallionis,ut mẽbrum pro
membro deberetur,ꝑ Romanos pro-
pterea ſublata fuit. Seuer. pulchre in
repeti.l.imperium.quæſt.xj. ubi De-
ci.in iiij.col.ff.de iuriſdi.omnium iu-
dic.facit etiam text. in l.non tantum
ff.de appella. dum ait, creat autẽ hu-
manitatis ratio omnem prouocatio-
nem audiri debere,etiam ſi damnatus
reſiſtat,de qua uide Fely.in cap.ij.de
re iudic.& in c.cum ſuper.col.j.eod.
titu. ubi multipliciter ampliat, & li-
mitat. Quod tamen dictum eſt pro
inuito poſſe ſolui & illũ liberari,tem
10 pera & reſtringe, † ut non procedat
in uolente ſoluere pro emphyteota,
ne a iure ſuo cadat: nam ſi directus
dominus uult,poteſt ſolutionem ca-
nonis recipere a quocunq; tertio ſeu

negotiorum geſtore nomine emphy
teotæ ſoluente, ſed non cogitur inui
tus recipere ſolutionẽ ab aliquo, qui
legitimam perſonam non habeat, &
conſequenter mandatum ad ſoluen-
dum: ut ſingulariter determinat Bal.
in l.acceptã.col.fi.C.de uſur.eo quia
emphyteota tenetur canonẽ ſoluere
nõ ſolum ad finem liberationis con-
ſequendæ, ſed etiam in recognitionẽ
directi dominij exiſtẽtis penes dire-
ctum dominũ.l.ij.cum no.C. de iure
emphyteo.quod fieri non poteſt per
tertium ſoluentem ſine mandato em
phyteotæ: Ex quo ſequitur dominũ
inuitum nõ cogi a tertio legitimam
perſonam non habente ſolutionẽ re-
cipere: & ita conſuluit Iaſo.in conſi.
xlix.in primo uolu. Secundo intel-
ligitur hæc regula inuito nõ dari be-
11 neficium.ſ.directo: † ſecus autẽ per
obliquum, & in conſequentiam.l.ẽt
inuitis.ff. de acquirẽdo rerum domi.
l.ſeruus uetante.ff.de uerbo. obliga.
ubi ſeruus acquirit domino ẽt inuito
quicquid quærit. ita gloſ. in d.l. ſol-
uere.& in.§.non poteſt.l.hoc iure.ff.
de donatio. Archid. & Cardi.in dicto
cap.& qui emendat.in fi. Iaſo. & alij
in d.l.ſeruus. & Aret. in l.cum filio.
col.ij.& vj.ff.de lega.primo.ubi ele-
ganter reſpondent ad prællegata iu-
ra, eſſe illud propter effectus patriæ
uel dominicæ poteſtatis a.l. attribu-
tos, qui ſunt, ꝙ quicquid acquirunt
patri dominoque acquirunt:ut ibi &
l.placet.ff.de acqui. hæredi. qui effe-
ctus,legiſque prouiſio, per priuatam
perſonam tolli directo non poteſt.l.
nemo poteſt. cum not.ff.de leg.j.Se-
cus ſi acquireretur abſque legis di-
ſpoſitione per alium non repræſen-
tantem perſonam noſtram, tunc in-
uitis nobis nõ acquiritur, ut hic quia
requiritur ꝙ interueniat animus no-
ſter, acquirendique uoluntas.l.ſiquis
vi.in.§.differẽtia.ff.de acquiren. poſ-
12 ſeſ. Et ideo † licet utilis ex ſtipulan.
notarij nobis acquiratur actio, hoc
tamen intelligitur ſecuta ratificatio-
ne,aliter non:ut late per Deci.in con-
ſil.ccxxvj.& plenius dixi in l.ſi libra-
rius.in uerſ.& quicquid alij dixerint.
ſed ex ſtipula. ſerui proprij acquiri-
tur directa ſine acceptatione.l.j.ff.de
ſtip.ſer.Bal. in l.j.col.pe.C.per quas
perſo.nob.acquir. ob rationem præ-
dictam, & ſic acquiritur nobis ẽt in-
uitis, non tamen incommutabiliter.
nam eam obligationem domino in-
uito quæſitã a ſe poteſt dominus ab-
dicare,alterique remittere.inuitus.n.
non retinet.l. hoc iure.§. non põt.ff.
de don. Areti. in l.ſiquis mihi in.§.
iuſſum.col.iiij.ff.de acqui.hære.Iaſo.
in l.ſeruus. præallegat.& Deciſ.loco
ſupra adducto.ſicque diſtinguendum
13 eſt, inter † acquiſitionem commu-
tabilem, & incõmutabilem: reuoca-
bilem & irreuocabilem.acquiſitio.n.
fit patri & domino ipſo iure etiã in-
uitis,ſed non incommutabiliter.quia
poſſunt,ſi uolunt,repudiare.effectua-
liter.n.beneficium non confertur: ut
hic dicitur in inuitum,ſecundũ Ang.
Aret.inſtitu. per quas perſo. nob.ac-
qui.in.§.item nobis. & Deci.in l.j.in
tertio not.C.qui admitti. ubi idẽ di-
cit eſſe in bon.poſ. ut per filiũ & ſer-
uum acquiratur patri & domino etiã
inuitis,non tñ incõmutabiliter,& ir-
reuocabiliter, ſed reuocabiliter per
prælleg. Sed melius ſentiunt Alex.
ibidem in iij.no.& Rimin. in ſecũdo
poſt Imol. & alios ibi relatos, qui ꝓ-
ſcripta intelligunt in acquiſitionibus
afferentibus merũ cõmodũ,ut acqui-
ſitio fiat patri & dño etiã inuitis, ſed
cõmutabiliter:ſecus in hęr.uel in bo.
poſ.& ſic in ſucceſſionibus, quia hñt
mixturam oneris l. ſi hæreditatem.ff.
mã.l.iij.ff.de bo.poſ. ideo nõ acqui-
rũtur pr̃i aut dño ĩuitis.tex. ſunt cla-
ri, & apti,in l.qui ĩ alien.in prin.ff.de

acquir.hæred.in l.iii.in.§.inuito.ff.de
bo.poſſeſ.in l.ſeruo inuito.in prin.ff.
ad treb.vbi gl.iii.ita declarat. Et cer-
te illa iura dñt inuitis non acquiri p̄-
dictas ſucceſſiones, q̄ hñt oneris mi-
xturam: ergo nullo modo, cum verba
generalia generaliter ſint intelligen-
da.vulg.l.de pretio.ff.de publ. maxi-
me in bo. poſſ.nam in hæreditate eſt
minus dubium, pp iuſſum in aditio-
ne præambula requiſitū: iuxta.§.iuſ-
ſum.l.ſi quis mihi bona.ff. de acquir.
hære.Et ratio diuerſitatis tā in hære-
ditate quā in bo.poſ.quare nō acqui-
ratur inuitis, aſſignari pōt: vt p Bald.
in l.j.præal.in xx. opp. Et intelligere
illa iura, yt hic facit Dec.eſt deſtrue-
re. Præterea ſi eſſet acquiſita ſucceſ-
ſio, repudiari non poſſet ſine benefi-
cio reſtit. in integr. quod minoribus
tm̄ conceditur l.j.C. ſi minor ab hæ-
red. ſe abſtin. nec Aret.per Dec. rela-
tus diſtinguit, prout ipſe refert, ſed
utſupra retuli. quia uerū eſt ꝙ ēt ea
quæ continent merum lucrum, non
acquirūtur effectualiter, ſi ille cui ſit
acquiſitio non uult retinere.d.§.non
pōt.ſed ea quę hñt mixturam oneris,
nullo modo acquirūtur inuitis. Item
in alio propoſito de acquiſitione re-
uocabili, & irreuocabili, uide poſt
Bald. Dec. in l.unica. ad ſi.C. quando
non pet.par.ubi latius ſcripſi. uide ēt
Deci.in l.precibus.in gl.ſi.C. de im-
pub.&c. Tertio & ultimo hæc regu-
la, ut ex prædictis apparet, ītelligitur
14 † quādo de intereſſe pecuniario agi-
tur. Tunc.n.beneficium non confer-
tur in inuitū, ſecus ubi de ſalute ani-
mæ uel corporis agitur, quia tunc be
neficium inuito dari poteſt c. nouit.
de iud. & c. & qui emendat.xlv.diſt.
& c.ipſa pietas xxiii.q.iiii. nec mirū,
quia, ut membrorum ſuorum nemo
dominus eſt l. liber homo.ff. ad legē
acquil. Ita nec animę, cuius uita deus
eſt c.reſuſcitatus, de pœn.diſtin.j.

SVMMARIVM.

1 *Gladij poteſtas delegari nō poteſt. Et quæ ſit ratio.*

2 *Pœna mortis & mutilatio membri non poteſt delegari. Et quid de pœna digiti, vel auriculæ nume. 4.*

3 *Mutilatio membri non erat cognita de iure ſ[?]orum.*

5 *Quæcunque cohertio non poteſt delegari.*

6 *Modica cohertio corporalis delegari poteſt.*

7 *Cauſæ meri & mixti imperij ex conſuetudine delegantur.*

L. LXXI. Vulpianus.

Nemo poteſt gladii poteſtatem ſibi datam vel cuiuſuis alterius cohertionis ad aliū trāſferre.

SVMPTA eſt ex l.ſolēt.ff. de of
ſi.procōnſ.& leg.ex.§.ſi.l.j.ff.de offi.
eius.& l.imperiū.ff.de iur.om.iudi.q̄
leges oēs ſunt creaturę Vulpiani, ſicu
ti & pñs regula, quæ materiā delega-
tionis meri imperii continet, quæ in
alto uērſāt pelago, eamq; ſæpe tracta
turus interpretādo.d.l.imperium. &
titulū de offic.eius ubi plene ſcripſi-
mus, enucleando breuibus ac paucis
uerū, & genuinū oīum legum ipſius
tituli ſenſum. ideo hic legis nr̄ę intel
lectū tantummodo declarare conabi
1 mur. Nota † gladij ptātem (quę me-
rum imperium alibi dicitur in præal-
leg.l.imperium.) delegari non poſſe.
Ratio eſt quia ſpecialiter & in priui-
legiū maioribus magiſtratibus con-
ceſſa fuit, & ideo delegatio prohibi-
ta.l.j.in princi.cum ibi not.ff.de offi.
2 eius. Et quamuis † gladij poteſtas ad
uitæ ademptionem referatur. idem
tamen eſt in mutilatione uel abſciſ-

ſione mēbri, quia tanta poteſtas exigitur in abſciſſione alicuius membri, quanta ī toto corpore puniendo, Deci. hic Fely. in c. ex literis. col. pen. de ↄſtit. ubi aīaduerſionē. de qua in d. l.
3 imperiū. ad mortē adaptari dicit. † qđ uerū eſt ſecundū iura fforū ſecundū quæ pœna mutilationis membri cognita non erat, vt per Rīmin. Seuer. & Moder. Pap. in d. l. imperiū. ſecus de iure nouo & nouiſſimo, ſecundum quæ iura gladij poteſtas conſiſtit in animaduertendo in totum corpus vel in partem, vt p glo. & doct. in d. l. imperium. in ver. animaduertēdum. & eſt tex. in. §. ad hoc autem id prohibemus. in auct. de coll. Et quod æquiparentur quo ad iuriſditionem pœna mortis, & mutilationis membri, ponit Bar. in l. imperator. la. ii. ff. de ſta. hom. lex igitur noſtra ſecundū iura fforum. & mentem Vulpiani auctoris ipſius. l. intelligeretur de gladij poteſtate vitam adimente, ſed in ſpecto iure nouiſſimo, & ſecundum mentem compilatorum iſtius. voluminis etiam de mutilatione membri intelligi poterit per prædicta. Et omnino quod de toto corpore dicitur, locum habet etiam in parte corporis. Intellige prędicta de mutilatione membri principali manus, vel pedis. ſ. † ſecus in membro ſecundario,
4 digito puta vel auricula. iſta. n. ſunt de minori īferioriq; imperio, vt poſt Alb. tradit Aquē. in d. l. imperiū. in ſecūdo gradu meri imperij. & ſequitur ibi Gaſpar Portugali. in xliiij. col. ſuę repet. Alii tñ contrariū tenere vident, & ꝙ iſta ſint ēt de mero īperio maiori. cū pars mēbri mortificetur, & idē iuris ſit partis quo ad parrē. quod de toto quo. ad totū. l. quæ de tota. ff. de rei ven. facit l. in ſeruorum ad fi. ff. de pœn. pro eadem opi. vide Deci. in dicta l. imperium. in quinto gradu meri imperii.

Secundo no. ꝙ ſicuti prohibita eſt
5 delegatio poteſtatis gladii, † ita cuiuſuis alterius cohertionis. Dec. hinc inſiſtit diſputando de qua nā cohertione intelligatur, concludens tandē de corporali quæ delegari nō poteſt, qui articulus ordinarie examinatur in d. l. imperium. & in d. §. fi. l. primæ. de offic. eius. & in l. fi. eod. titu. vbi Deci. idem tenet quod hic. Moder. ibidem communiter cōtrarium uolunt, quodque text. de cohertione corporali magna intelligatur, ut hic per gl.
6 aliud † in modica, quia cōpetit omnibus magiſtratibus iure magiſtratus, ideo delegabilis eſt. per regulam. dicta l. i. in princip. Et pariter quod huiuſmodi modica cohertio in delegatum tranſeat, quando ſine ea iuriſdictionem explicare non poſſet §. fin. & l. fi. præallegatis. ſecundum uerum ſenſum. reſpon. accommodata per glo. & ſcribentes ad textum noſtræ legis. ibi, cuiuſuis alterius cohertionis, ut de cohertione magna intelligatur, pro ueritate uiolentiam facit literæ. Nihilominus ut iura iuribus concordentur, ea expoſitio tolerari poteſt, quia modica cohertio perſonalis omnibus magiſtratibus, & iure magiſtratus competit, ideo delegabilis eſt, ut prædiximus. Et tanto magis ꝙ l. ſolent. præalleg. unde ſumpta eſt noſtra, nō dicit cuiuſuis, ſed tantum cuius alterius, quo caſu uiolentia non eſt ſubintelligere, magne corrupte, itaque cuiuſuis. hæc legitur & ſolum eſſe debet, ac legi cuius. Denique ut ſemel finiam,
7 notandum eſt, ꝙ † cauſæ meri, & mixti imperij ex conſuetudine indiſtincte hodie delegantur, etiam quo ad pœnam ultimi ſupplicii. Alber. de Roſa. in princ. d. l. j. in pen. colū. & ibi Dec. in glo poſſit. circa fin. & alij ſcribentes ibidem. plura itaque effundere non expedit.

SVMMARIVM.

1 *Fructus & utilitas rei eſt poſſe etiam pi gnorare.*
2 *Proprietarius creditor, cui uſusfructus pignori datus fuit, non computat fructus in ſortem.*
3 *Pactum, quòd pignus uendi non poteſt, non ualet.*
4 *Creditor uendere pignus nõ poterit etiã poſt terminum debitore precium offerente.*

L. LXXII. Iabolenus.

FRVCTVS rei eſt uel pi gnori dare licere.

Quemadmodũ indicat inſcriptio,
hæc fuit creatura Iaboleni iuriſcon-
ſulti poſita ad uerbum in l.fina.ff. de
uſur.ubi eſt melior gl.quàm hic, tot
uerbis ſuperfluis non utens. hocq; di
1 cere iuriſconſul.intendit, Quod † ex
quo fructus,& utilitas rei eſt,poſſe ẽt
pignorare, ideo uſufructuarius rẽ pi-
gnori dare poterit, cuius uſumfr.ha-
bet.dare reſpectu ipſius uſufruc.intel
lige non reſpectu proprietatis.l. in-
tereſt.cũ gl.C.de uſufr. Et not.eſt di
2 ligẽter, ꝙ ſi†proprietario res pigno-
rata fuiſſet,& reſpectu uſusfr. cõſtitu
tum pignus,ꝙ creditor nõ teneretur
tũc fructus in ſortẽ computare, quaſi
cũ proprietate cenſeat̃ tũc cõſolida-
tus uſuf.c.cõqueſtus.ubi Abb.notat,
de uſur.& tradũt Moder.de Fano.in
tracta.de pigno.fo.49.col. iiij. uerſic.
3 quo limitat̃,nu.217.Itẽ nota †nõ ua
lere pactũ ne pignus uẽdi poſſit, tan-
quã publicæ utilitati repugnãs.glo.l.
ſi cõuenerit.ff. de pign.act. Deci.hic.
Mod.de Fano loco ꝑalleg. ĩ vj.parte
princ.fo 50.& Barb.in c.fi.col.fin.de
4 ſolu.Si tñ †poſt terminũ, & ante uen
ditionẽ debitor ſolutionẽ offerat, nõ
põt ad uẽditionẽ procedi: ut ꝑ Dec.
hic poſt Cardi.& æqua ur̃ opin.cum
creditor tunc iuſtam querelæ cauſam
non habeat, conſiderata attentaque
oblatione ſolutionis,per quam tolli-
tur omnis obligatio. ut inſtitu. qui-
bus mod.tol.obli.in prin.

SVMMARIVM.

1 *Quæ cauſæ cognitionem, & decreti interpoſitionem requirunt, delegari non poſſunt. Limita.nu.2.*
3 *Dictio, libellum, quomodo exponatur.*
4 *Cur miſſio in poſſeſ.non delegetur, ſed bene cognitio.*
5 *Cauſæ cognitio, interpoſitio decreti ex cõſuetudine non delegantur.*
6 *Conſuetudo tantum habet de potentia, quantum de actu. Et non extenditur de caſu ad caſum.nu.7.*

L. LXXIII. Iabolenus.

OMNIA quæcunque cauſæ cognitionem deſiderant, per libellum expediri non poſſunt.

Sumpta eſt ex l.nec quicquam. in §.j.de offi.ꝓcon.& lega.ubi Iaſo. in ulti.col.ponit.q̃ Deci.hic trãſcripſit. Si huiuſce regulæ uerba tantumodo conſideranda eſſent.interpretatio regulæ haud difficilis uideretur.ꝙ ea q̃ exigunt cãæ cognitionẽ.ſicq; aduerſarij pñtiã ſeu uocationẽ ne iniuſte grauet̃,aut legatur ꝑ ſupplicẽ libellũ,expediri non pñt, ſed uocanda ſit pars,& ſolenniter ꝓceden.iuxta.l nã ita diuus.ff.de adoptio.l.de uno.ff.de re iud.& l.fi.C.ſi ꝑ uim uel alio mõ. ubi negotiorum merita partiũ aſſertionis pandunt̃.facit l.minorũ.C. de præd.mino.& l.diuus.C.de in integ. reſti. Sed quia hoc mõ intelligendo lex eſſet de indubitabili, ideo reiicitur talis interpratatio per oẽs, ĩ d.§.

ubi decretum.l.nec quicquã. Nota ergo ſcd'm receptã a ſcribentib. ſen-
a tentiã,ꝙ † oĩa quæ plenã cauſæ co-gnitionẽ & decreti interpoſitionem deſiderãt & requirunt, delegari non pñt,nec ꝑ delegatũ expediri. Ad idẽ tex.in d.§.ubi decretũ.& in l. cũ hi ĩ §.ſi ꝑtor.ubi Bal.no.ff.de tranſa. & ĩ l.mandata.cũ not. ꝑ Deci. ibi in iiij. no.ff.de offi.eius.& Iaſ.in ult. col.ꝑ-dicti .§. ubi decretũ. In quib. locis doct.limitãt,ex quib limit. nõnullas hic refert Deci Intelliguntq; pręfati
2 ſcribentes † regulã iſtam,in his,que officio iudicis nobili expediuntur, ſecus ſi officio iudicis mercenario iu req; actionis expediantur, quia dele-gari regulariter pñt quãuis plenam cãæ cognitionem requirant. Rõnem ponit Bar.ĩ d.§.ubi decretũ.col.pen. in ij.lect.quia prĩo caſu electa ur̃ in-duſtria perſonę,ſcd'o non,iõ nimirũ, dicit,ſi primó caſu ꝓhibita eſt dele-gatio,ſcd'o aũt non Fulgo.tamẽ Iaſ. & alij ſcribentes fatentur ꝑ dictã in-
3 telligentiã fieri uiolentiã tex. expo-nendo,† libellũ.i.per delegationem, cũ ſit extranea expoſitio.Alciat. lib. ij.Paradoxorum.c.iij.aliter hũc tex. interpræratur cõſtituendo dr̃iam in-ter ſnĩam & decretũ. (& fuit Bar. in §.ubi decretũ.col.pe.in prima lectu. ubi latius hoc explicans poſt Iaco.d' Are.)dicit,differẽtiã eſſe inter ſnĩam & decretũ. quia ſnĩa eſt deliberatio iudicis cõtinens in ſe cãæ deciſionẽ, abſolutionemq; ,uel condemnationẽ l.j.ff.de re iud. Decretũ uero eſt con ſiderata ſeu deliberata ꝓuiſio iudi-cis,quaſi decretũ cum deliberatione uerbũ certum. Ex ſnĩa igitur abſolu tio,uel condemnatio ſequitur.in de-creto iudicis ſolũ auctoritatem ſuã interponunt, & quod agitur ſibi iu-ſtum uideri ꝓnunciant.In his cauſis iuriſconſult.ſecundũ præfatos , uult non ſufficere ꝑ decreto ſubſcriptio-nem iudicis ad libellum porrectum, ſed ſolenniter interferi debere cum cãæ cognitionẽ deſideret. Sed iſtũ intellectum relinquamus cũ ceteris. tex.n.dicit,per libellum ſimilia expe diri non poſſe.non aũt per ſubſcri-ptionẽ ad libellum ſupplicẽ: hæc.n. impropriationẽ continent, & diuina tionem.Eapropter a cõi gl. & docto rũ intellectu non recedas ꝑ libellũ.i. epiſtolium, & breuiolum, continens ꝑdictorum delegationem,ita ꝙ nulla erit impropriatio. Et ꝙ tex.ſic intel-ligi debeat ꝓbant ꝑcedentia quæ de delegatione loquunt̃,& in principio ipſius.l.nec quicquã.dicitur, nihil eẽ in ꝓuincia qd' proconſul ꝑ ſe ipſum expedire non poſſit.& inde ꝓſequẽ-do materiã in §.ubi decretum.dicit, ꝙ ea,de quib.ibi,per alium expedire non pt̃,hoc eſt per delegatũ, ſed per ſeipſm,cõſiderata itaq; materia ſub-iecta q̃ eſt de delegatione,ac legibus immediate ꝑcedẽtib. quæ de tali ma teria tractãt,extraneũ abſonumq; nõ eſt exponere per libellum.i.ꝑ delega tionem in libello contentam,aliique tranſmiſſam , ſcd'm ſubiectam mate-riam. Ex quo patet intellectus præce dentes,qui materiæ delegationis nõ accedunt,in ꝓpoſito noſtro minime conuenirẽ,nec ꝓcedere, ſcd'm men-tem iuriſconſulti. hinc. Deinde cir-ca difficultatem in qua docto. ſe tor-
4 quent.Miraturq; † Pau.de Caſtr. ut hic refert Deci. qũo actualis miſſiõis in poſſeſſionem ꝓhibita ſit delega-tio,in qua nulla cãæ cognitio requi-ritur,cum tamen cognitio de mitten do in poſſ.delegari poſſit.l.pen.§. ut bonorum.ſecundum cõem intelligẽ tiam.ff.de officio eius. Reſponde ex dictis Aquen.in l.ij.col.iij ff. de iuriſ dict.om.iud.& ĩ l.iubere cauere.col. ij.& pe.eo.tit.ubi ẽt per Mod. Papi. iccirco miſſionem in poſſ. non poſſe delegari,quia in tali actu miſſionis in

poſſ. ſcandala oriri plerunq; conſueuere, ꝓpterea cõſiderauit legiſlator, ꝙ maiorib. magiſtratib. talem immiſſionem facientibus patienter magis acquieſcent hi, cõtra quos fit miſſio, quã ſi ꝑ delegatos & pedaneos iudices fieret, unde ad euitandũ ſcandala noluit lex actualem miſſionẽ demandari poſſe, licet ceſſante rõne ſcãdali cognitio delegari poſſit. Nec obſtat ꝙ talis miſſio ẽt ꝑ nunciũ fiat, ut ꝑ ꝓ deci. in d. §. ut bonorum. quia repræſentat ꝑſonã mandantis, & ipſe nuncius uerba cõcipit in perſona cõmittentis, ꝙ nõ facit delegatus, ut in ꝓpoſito declarat Rim. in l. j. ſuper gl. ĩ uerbo poſſeſſionem. ff. de iuriſd. om. iud. Deniq; ut ſemel finiã conſideran. eſt, an † ꝓdicta hodie ꝓcedant,
5 quia ſi ex generali uſu & conſuetudine cauſæ meri imperij, etiam quantum ad pœnam ult. ſupplicij, ut dictum fuit in l. nemo poteſt. ad fi. ſupra eo. delegabiles ſunt. Fortius uidebatur delegari poſſe ea de quibus in hac regula? Niſi dicas conſuetudinem prædictam ĩ cauſis criminalibus & meri imperij uigere, non autem in huiuſcemodi cauſis mixti imperij, quæ plenam cauſæ cognitionẽ cum interpoſitione decreti exigunt. Con
6 ſuetudo † enim tantum habet de potentia, quantum de actu, & nõ plus, ſecundum Bald. in c. j. in princi. col. v. qui feu. da. poſ. Item tantum habet de effectu & potentia, quantum habet de uſu & non plus, proprioſq; terminos facti & uſus non excedit. Bald. in l. fin. C. communia utr. iud. Barto. in l. j. in §. ſi quis hoc interdicto. ff. de itin. actuque priua. Iaſo. in conſi. cxcij. ad fi. in ij. uolum. & Alexan. conſi. lvij. in iiij. uolu. † ubi dicit
7 conſuetudinem propterea non extendi extra caſum ſuum, ſicuti nec ſtatutum, de quibus etiam Balbum in tract. præſcri. & Cur. in tracta. per. conſuetu. in pluribus locis.

SVMMARIVM.

1 *Cui hæreditas defertur, illi onus tutellæ imponitur.*
Limita. 4. modis & nu. 3.
2 *Statutũ quod agnati cognatis præferantur, præferuntur etiam in tutellã.*
3 *Tutella matris & auiæ non regulatur ab hæreditate.*
4 *Tutor an defuncto pupillo abſque agnatis & cognatis ſuccedat.*
5 *Sicut fratri defuncto uocatur frater & mater, ita etiam ad tutellam.*

L. LXXIIII. *Paulus.*

Quo tutela redit, eo & hæreditas peruenit, niſi cum fœmine hæredes intercedunt.

Svmpta eſt ex l. j. ff. de leg. tut. licet iuriſcõſul. hic ordine cõuerſo regulã tradat. Vbi igĩ hr̃ditas, ibĩ regulariter tutela. d. l. j. & iij. eo. ti. & l. fi. C. de leg. hær. & §. ex bis in auct. de hære. ab inteſt. & inſtit. de leg. patro. tut. eo, inquit, ipſo quo hr̃ditates libertorũ, ſi inteſtati deceſſiſſent, iuſſerat lex ad pr̃onos ꝑtinere, crediderunt ueteres uoluiſſe leges ẽt tutelas
1 ad eos ꝑtinere, quia † plerunque ubi ſucceſſiõis eſt emolumẽtũ, ibi ẽt tutelæ onus eẽ dẽt. Plerũq; aũt ſubiungit legiſlator iõ dixiſſe, quia fœmina excipiẽ, ut in l. nr̃a. Et eſt hæc regula in naturali rõne fundata ſcd̃m gl. d. l. j. ꝓpea gl. hic nõ ab re dixit hãc l. eẽ filiã l. ſcd̃m naturã ſupra eo. Et ſicut excipiẽ fœmina, ita eadẽ rõne excipitur minor ſcd̃m gl. hic. ꝑ tex. l. fi. C. de leg. tut. Excipe ẽt caſum, ubi ꝑ delictũ patronus iure ſuccedendi priuatũr, quia nõ priuatur onere tutelæ,

§.interdũ aũt.ubi Bar.no.l.j.ꝑalleg. Quarto intellige regulã iſtã ď tutela legitima,q̃ deferẽ ab inteſtato. ea.n. tutela a ſucceſſione inteſtati regulatur,iõ ĩ ipſa hæc regula ꝓcedit,alias ſimpliciter intelligendo, ſequeretur tutorẽ datiuum ꝑferri cuicunq; legitimo hæredi, ac agnato, & cognato, ꝙ falſum eſt,ſm oẽs,ut hic per gl.& Cor.in l. nutritorib.C. cõia de ſucceſ. Et ꝑ hanc regulã ꝙ illi defertur hæreditas,cui onus tutelæ, & ecõuerſo,infertur ſcd̃m Bal.in l.j. in princ.
2 ff.de leg.tut. ꝙ † ſi agnati cognatis ĩ hæreditate a ſtatuto ꝑferantur, eodẽ modo in tutela ꝑlati intelligũtur, quodq; tutelæ onus ſubeãt. Alia q̃dã allegat hic Deci. & ultra uide eũdẽ in conſi.xvj.ubi atteſtatur opi. Bart. cõem , licet aliqui contrariũ tenuerint, & ita ẽt conſuluit Signorol. de Homodeis in conſi.ij.& ſequiẽ Bal. ĩ §.j.inſti.de leg.agna.tut. ſicq; alias in practica obtinui.Et quemadmodũ Bal.ait, ꝑdicta procedunt in tutelis iuſſis, q̃ agnationis cognationiſq́ue iure deferunẽ, in quib. idem iudicaẽ de tutela quod de hæreditate, ut di-
3 ctum eſt.ſecus † in tutelis permiſſis, ut in tutela matris & auiæ,quib. non iubeẽ tutela,ſed permittiẽ.in auct.ut liceat mat.& auiæ,in plurib.locis huiuſcemodi tutela nõ regulaẽ ab hæreditate,iõ quãuis prædictæ ꝑſonæ excluderenẽ ab hæreditate,nõ tñ excluduntur a tutela alio nõ apparente,ut hic ꝑ Deciũ poſt Ioan.And. & Saly. & ꝑ eundẽ Deci.ĩ c.ex parte M. col. lj. de appellatio. & ꝓ hac opin. ipſe Decius cõſuluit in ꝑallegato. conſi. xvj.& antea ſic conſuluerat Alex. licet Deci.de ipſo tunc nõ fuerit memor,in conſi.cx.uiſo.lib.iii.& Barb. in conſi.xj.uol.iii.quã opinionem approbat etiã Corne.in l.fi.ad fi. C. de legit.hæred. Infertur ẽt ex iſta re-
4 gula ſecundum gl.hic † tutorem debere ſuccedere pupillo defuncto agnatis cognatiſq; deficientib.excluſo fiſco.Bar hic reprobata gl.contrarium firmat,per tex.in l. nutritorib. C.cõia de ſucceſſ.ubi gubernator ꝑſonæ illi non ſuccedit, minus ſuccedere debet gubernator rerum, & ſic tutor.Miror ꝙ Deci. ſuper hoc articulo nihil dicat.Cor. in d. l. nutritorib.opinionem Bar.cõem aſſerit, cũ idem teneant Dyn.Oldra. Saly. Fulgo.& benedict. de Plumbi. ibi relati Eo quia iure cautum nõ reperitur,ꝙ gloſſator hic dixit, & ita poſt Iacob. de Aret.tenet hic Albe.de Roſa. Cui quidem opinioni adhærere uidentur Ang.& Rom.in l.j.C.uñ uir & uxor. ꝓut ibi refert Corne. & Iaco.de ſancto Georg.in tractatu de rhoidis.col. v.ubi gl.noſtram.a docto.ait,dãnari. Dyn. hic , prout referunt Corne. & alij in locis ſupra alleg. ẽt infra allegandis. Bald.Ange. Pau.de Caſt. & Cor.in d.l. nutritorib. & Alex. hic in apoſtil.ad Bar.ſequuntur opi.glo.noſtræ hic. quam etiam ſimpliciter referunt & approbant Ang.in l. ſi quã do.la ij.C.de bon.uacan. lib.x.Ioan. de Plat.in l.j.col.ij.C.ſi liber.imper. Soci.lib.x.Bald. in l. ſi qua illuſtris. C.ad officia.ubi dicit, ꝙ uulgo conceptis non habentibus uxorem uel lineam maternã ſuccedit tutor ; alias ſuccedit fiſcus. Et ſimiliter expoſitis apud hoſpitale miſericordiæ ſuccedat hoſpitale, ultimo fiſcus tanquam in bonis uacantibus. hanc glo.ſequitur etiam Alexan.in conſil.xxxj. colum.ij.uolu.j. Imol. in l. ſi quis filio exhæredato.ĩ §.eius.ff.de iniuſt.rup. & Deci. in l.j.colum.fin.C. unde uir & uxor. Eo caſu ſcilicet quo pupillus moritur tutela durante, alias ſecus.arg.l.matres.C.ad tert ukp regulam huiuſce legis quæ ſatis clara eſt, ꝙ unde prouenit tutela,exinde prouenit ſucceſſio,cum a pari uideantur

iſta ꝓcedere,& ad eum debeat ꝑueni re hæreditas,ad quem tutela deuoluta fuit. Et aliter intelligendo, inepte hæc regula poſita fuiſſet. Delatio.n. tutelæ ſcd̄m ordinem ſucceſſionis in hæreditate regulat̄, non econtrario. d.§.ex his.ſcd̄m Cor.loco prællegato. ſubiungentem ꝓpterea hanc regulam multū facere ꝓ opinio. illius gl. Et licet regula non faciat ius ſed recitet,tamen in antiquis legib.quas forte non habemus, ſtatutum id eſſe poterat:Vel etiā dici pt, ꝙ immo regula ius facit intranſitiue accipiēdo, iuxta ea quę dixi in l.j.ſupra eodem. Et ad l.nutritorib.rn̄detur, ꝙ loquit̄ in nutritore, qui de nutrito mercedē recepit,ſed hæc gl. loquit̄ de tutore, qui bona ſine mercede adminiſtrat, & cuius piculo ſunt bona. Nec obſt. replicatio Ang.& Rom.in d.l.j.C.uñ uir & uxor.ꝙ ea ſolutiōe attenta ſequeret̄ ꝓcuratorem ꝑpetuo conſtitutum uideri domino ſuo ſuccedere poſſe, ꝑꝑ onus ꝑꝑ obligationem & periculum. nā ſcd̄m Rimin. in d.l.j. faciliter reſpon.ꝑt,ꝙ diſpoſitio legis noſtræ loquit̄ tutore,non in aliis adminiſtratorib. icciirco locū nō habet in curatore. ſicut nec lex deferens tutelā ad inſtar ſucceſſionum, locū ſibi uendicat in curatore. l. j. & iij.ff. de leg.tut. Præterea d.l.nutritorib.non loquitur in tutore habente gubernationem ꝑſonæ & rerū pupilli, ac ius & ꝑtātem in ipſo pupillo. Inſtitu.de tutor.in princi. iō inductio facta per Bar.de l.nutritorib. ut dicunt Bald. Imo.& Rimin.ꝑallega.multum eſt a remotis. Nec obſt. ſi dicatur ꝑtor in edicto ſuo de ſucceſſione huiuſcemodi non meminit,faciendo tantummō quatuor capita,quib.deficiētib. fiſcū admittit.l.j.§.j.ff.ſi tab.teſt.nul. extra.iuncta l.j.& fi.ff.de ſuc.edic. quod non eſt credendum ſi iuris id fuiſſet. Poteſt reſpon.ſatis uideri factā mentionem in l.ij.in §.fi.ſupra unde leg. Facit quia liberalitatis imperialis ſocius,& ſimiliter ſocius reſpectu collegij,ad hæreditatem excluſo fiſco admittunt̄,& tamen de eis non eſt per ꝑtorem facta mentio,niſi ſub generalitate,ꝑ d.l.ij. Et ſimiliter ad iura q̄ uxorem poſt fiſcū uocare uident̄ reſpon intelligi niſi extaret tutor,quēadmodū interpretationem talem patiuntur reſpectu ſociorū,de quib.ſupra. Nihilominus recedendū nō eſt ab opi.Bar.quā uidentur ſequi Cor. ſibi contrarius in d.l.j.col.fi.C.unde uir & uxo.& latius, clariuſq; ibidem Rimi.ī ult.col.quia talis ſucceſſio nō reperitur introducta per l.xij.tabula. neq; de iure prætorio , nec ex aliqua parte iuris ciuilis. Vnde ueroſimile nō eſt,ꝙ ſi per tutorem uoluiſſet fiſcum legiſlator excludi, hunc caſum adeo notatu dignum, & frequentem omiſiſſet. Erubeſcere ergo debemus ſine lege loquentes.l.illā.C.de colla. ꝓpterea in ſucceſſione fiſco dandus eſt locus.l.fi.ff.de ſucceſſ.edic.l. ij.§. an bona.ff.de iur.fiſ.l. nutritorib. ut uidimus,nimiū a remotis uenit. Et licet tutor a nutritore differat ꝑꝑ piculum & onus tutelæ,non ſequit̄ ſola illa rōne ſucceſſionē (ut ait Cor.) deferri ad l. noſtrā , ſup qua ſolūmō fieri pōt ſtringens fundamentū pro opi.Bart. reſponde hoc intendere,ꝙ eo iure quo quis ad tutelā uocatur, ad hæreditatem pariter uocat̄, ſecundum ordinationē l.xij.tabul. ꝑalleg. l.j.cum duab.ſeq.ff.de legi.tut.& tamen dicta lex ad ſucceſſionem nō uocabat niſi proximos agnatos,quos ēt uocabat ad tutelam,de aliis autem tutoribus qui non eſſent proximi agnati non habebatur mentio , ideo lex iſta ſimpliciter ponendo,quod a iure quo tutela prouenit , proueniat etiā ſucceſſio ſeu hæreditas, intelligi debet ſecūdum iura prælleg.ut ita de-

tium uidelicet procedat, ſi ſunt agnati proximi. ſecundum Rimi. Replicari tamē poteſt, ꝙ licet lex xii. tab. ita intelligeretē, non ſequitur ſic etiā intelligi debere hanc regulam, quæ ſumpta eſt etiam ex aliā alijs legibus & quæ generaliter loquitur. Propterea ꝙ dicta iura & regula noſtra intelligi debeant in tutelis quæ iure agnationis, & cognationis ab inteſtato deferuntur, probari poteſt per reductionem ad abſurdum. Si. n. aliter diceremus & uellemus intelligere, maximum ſequeretur inconueniēs & abſurdum, ꝙ tutor teſtamentarius & tutor datiuus agnatos cognatoſque contra omne ius excluderent, quod nemo ſani capitis diceret. Et uelle legem iſtam intelligere, prout gl. interpretari uoluiſſe uidetur, alijs propinquis, agnatis & cognatis non exiſtentibus, eſt meta diuinatio & uiolentia ad iſtum tex. ſimpliciter & indiſtincte loquentē. Suadetur hæc intelligētia per exceptionem, quam iuriſconſultus hic ſubdit de fœminis quibus hæreditas defertur licet nō deferatur tutela, ut etiā dicitur in d. l. j. ff. de legi. tut. quāuis. n. dicta regula per contrariū loqui uideatur, ꝙ ſicut lex xii. tabu. proximum agnatum ad ſucceſſionem alicuius uocat ita & ad tutelam, Sub dictis tamen uerbis, ſecūdū Rimi. comprehenditur regula econuerſo, de qua hic iuriſconſultus agit, eſtque una & eadem regula. quoniā lex non defert tutelam niſi proximo agnato quem ad ſucceſſionem etiam uocat, propterea hæ regulæ conuertuntur dicit Rimi. unaq; comprehenditur ſub altera, patet per hunc text. ubi exceptio fit de eo, quod eſt in caſu conuerſo ad expreſſum in regula. Subtilis hæc declaratio ꝓcederet qn̄ concederetur regulam iſtā accipi ab illa l. xii. tabu. ſed quia id concludenter non probatur, & ab aliis legibus ut dixi ſumi etiam potuit, ideo generalius dici reſponderiq; poteſt, ꝙ loquitur in tutelis quæ iure agnationis & cognationis deferuntur, in quibus idem quod de hæreditate iudicatur, ut diximus, & ſic non refert quo ordine dicendi regulas has enuncies. Fateor tamen, excepta hac regula oīa alia iura ordine cōuerſo loqui, ꝙ cui defertur hæreditas, defertur & tutela per cōſequentiam, ut ibi ſit onus, ubi eſt emolumentum. l. j. & iii. ff. de legit. tut. l. fin. C. de leg. hære. §. ex hi. inſti. de legi. patr. tut. Quæ omnia bene nota tanquam ſubtilia, & alibi nō diſcuſſa. Denique infertur ex præ-

5 dictis, quod † ſicuti frater utrinq; coniunctus una cum matre ſucced t auct. defuncto. C. ad Tertul. ita etiam ipſi fratri & matri deferatur tutela. ſecundum Fulgo. & Cor. in l. fi. ad fi. C. de legi. hæred.

SVMMARIVM.

1 *Diſpoſitio generalis, etiam militem comprehendit.*

§. Nemo poteſt tutorem dare cuiquam, niſi ei quem in ſuis hæredibus cum moritur habuerit, habiturus ve eſſet ſi uixiſſet.

SVMPTVS eſt ex. ll. per gl. alleg. & eſt clarus. Deci. hic quædam ſcribit de tutore & curatore, tam à patre quàm à matre datis, & tam inſtitutis quàm exhæredatis, tamq; legitimis & naturalibus, quàm naturalibus tantum, item & extraneis, quæ omnia poſuit Bart. in l. iii. ff. de teſt. tut. in l. ſi patronus. & in l. naturali. ff. de confir. tut. reaſſumpſito; Ang. Are. in ſti. de tut. & in l ſuo teſtamento in uerbo, tutores aūt. Ad illud uero

1 quod glo. hic colligit de † generali diſpoſitione, ꝙ locum ſibi uendicat et

in perſona priuilegiata, ut in milite per l ij.ff.de teſt.tut.uidēda ſunt quæ plene ſcripſi in l.j.ſupra eo.titu.

SVMMARIVM.

1 *Vis, quid ſit.*
2 *Vis pluribus modis committitur. & nu me.6.*
3 *Armatus quis dicatur.*
L.iſti quidem § fi.ff.q metus cau.ornatur.
4 *Clam fieri, quando dicatur.*
5 *Tutor rem pupilli quando emere poſſit.*

§. Vi factum uidetur id eſſe quod de re quis cum prohiberetur fecit Clam, quod quiſque cum controuerſiam habe ret, habiturumve ſe putaret, fecit.

Iſta regula eſt etiam clara,apprimeq; declaratur per iuriſcōſ.in l.j. & iij.ff.quod ui aut clam. Eſt autem
1 †uis,maioris rei impetus, cui reſiſti nō pōt l.ij.ff.quod met.cau.l.ſi merces in §.uis maior.ff.loca. cū ibi not.
2 Et†uis dicit̄ armis facta,etiā q armа q̄ ad latus quis habebat non extraxerit,uel ea depoſuerit, ut hic per Deci. & prius p Alex.in conſi.xlviij. lib.iiij.Intellige tñ dūmodo poteſtas reaſſumptionis armorū in facultate, & bailia ipſius deponētis eſſet, ut ibi per Alex.De qua materia,uide etiam Moder.Bono.in practica cauſarū crimina.in §.conſtante.Quis†uero dica
3 tur armatus, ponit pulchre Cice. in oratione pro Aulo Cecina.fol.iij.Et nihil intereſt in ſe quis uim ueritus ſit an in liberis ſuis l.iſti quidem §.fi. ff.qđ met.cau.de quo pulchre Barb. in c.in præſentia. col. lv. de probati. Fely.in c.afferre colū.j.de præſump. Iaſ.& Deci.in l.pactū col.fi.C.de col la.Neuiza.in ſylua nuptiali. colū. iij.
4 Et clā†pluribus modis fieri dr̄, ut hic p Deci.& prius p Fely. in c.conſuluit.circa fi.de offi.deleg. Et inquātū dicunt. actū factū p interpoſitam pſonā clam fieri dici,& fraudē præſumi,ut per Bar in l.pupillus in §.fi.ff. de auct.tut.adde tex. cum ibi no.per Bal.& alios in l.cū ipſi.C. de contrahē.emp.eundē Bal.pulchre in conſi.
5 ccxlvij.titius lib.iiij.ubi ponit†tutorem iuſto pretio imminente debito, ſubhaſtationibuſq; & decreto adhibitis rē pupilli p interpoſitā perſonam emere poſſe,dummodo nō clam,ſed palā id faciat,dicens exēpli gratia,uolo talē pro me emere, uel aſſerens ab interpoſita illa perſona uelle poſtea emere.ceſſat.n.tūc fraudis pſumptio & ita qnq; ſeruari uidi,Eſtq; diligenter no.tex.l.j.ad fi ff. qđ ui aut clam.
6 q†ſi te uolentē uenire ad prohibēdū ne aliquid facerē alius armis detinuerit abſq; meo dolo ui feciſſe non uideor,dicit tex.de quo uide Barba.in conſi.xiij.fol.ulti.lib.iij.

SVMMARIVM.

1 *Quæ in teſtamento non intelliguntur, perinde habentur ac ſcripta non eſſent.*
2 *Legi, & intelligi differunt.*

§. Quæ in teſtamento ita ſcripta ſunt ut intelligi non poſſint, perinde ſunt ac ſi ſcripta non eſſent.

Ponitur ad uerbū in l.ii. ff. de his q pro nō ſcrip.hab. & in l.j.ff. de his q in teſt.delē & eſt clara, Obſcure
1 †itaq; oppoſita & producta, ita ut legi aut intelligi nequeant, p nō oppoſitis & productis habent̄. ut hic p Deci.Facit tex.not.in l.qcqđ aſtringēdæ.cū gl.& notatis.ff. de uerb.ob. & in l.ſed & ſi pupillus in §.pſcribe-

re.cũ ibi not.ff.de inſti.& ĩ l.titiæ tex tores. ubi ꝑ doc.ff. de leg.j.cũ pluribus aliis adductis ꝑ Sigño. in conſi. lix.Pau.de Caſt.in cõſi.cccxxxiii. in antiquis Fel.in c.ex parte decani.col. xiii.& xv.de reſcrip.Alexan.in l.cum quid.col.ii.ff.ſi cer.pet.Io.de Ana.in cõſi.xxv.& uide Guidonem Papæ in q.ccxlii.diximus ẽt in l. ſemꝑ in ob-
a ſcuris ſ.eo.Eſtq;†differẽtia inter legi,& intelligi.legi.n. ſic accipiẽdum eſt,nõ intelligi,ſed oculis ꝑſpici quæ ſcripta ſunt.Cæterũ ſi extrinſecus intelligant nõ uident legi poſſe.ita dicit tex.ĩ l.j.ff.de his quæ in teſt. del.

S V M M A R I V M.

1 *Stipulari abſenti quomodo quis poſſit.*
a *Donatio abſenti facta ſtipulante notario an reuocari poſſit antequam accepietur.*

§. Nec paciſcẽdo,nec legem dicendo, nec ſtipulando quiſquam alteri cauere poteſt.

Svmptvs eſt ex.ll.per glo. alle. ubi limitationes tradunt. Et expone tex.iſtũ ibi,legẽ dicendo.i.cõuentio nẽ l.legem.C.de pac.Et ibi,cauere.i. acquirere,ſm gl.uel generalis interpretis hoc eſt,ꝓuidere.Dec. hic quæ
1 dã ſcribit,qũo†poſſit quis ſtipulari, ꝓuidere,& acquirere abſenti, ſed eſt materia quã Alexã.Iaſ.& alii ordinarie & latius examinant,in l.ſtipulatio iſta.in §.ſi ſtipuler.& in §.alteri.ff.de uerb.ob.Ang.Are.& cæteri in §.ſiqs alii inſti.de inuti.ſtipu.in qbus locis plures limitationes ad hanc regulam danĩ.tradit ẽt Iac.de ſanct.Georg.in ſua.feud. inueſti. in uerbo nobiles. ponens an frater pro fratre poſſit in feudalibus ſtipulari , & an extraneus pro extraneo.Accedãt ẽt quæ Alciat. ſcribit lib.j.Paradoxorũ c.ii. declarãdo tex.dicti.§.alteri.dũ loquiĩ de appoſitione pœnæ ad pactũ , de quo in hac regula. Et ad id quod hic in fi.
a utiliter ſcribit Dec . † de donatione abſenti facta notario ſtipulante,ꝙ reuocari põt ante acceptationem ꝑ abſẽtẽ illũ factã.Dicas iſtã eſſe cõem doctorum ſententiam, quicquid non nulli tenuerint,ut dixi late in repe.l. ſi.nu.272.C.de pact.ubi uide.

S V M M A R I V M.

1 *Hæc regula non procedit in iudice, uel quando ſit auctoritate publica.*

L. LXXV. Papinianus.

Non debet,alteri per alterum iniqua conditio inferri.

Et ponderabis uerba regulæ in toto iure. i. in his negotijs quæ in iure tractantur, ideo ſecundũ Deci. hic. Dyn. & Cano. in d. c. generi. locum habet in legibus, ſtatutis, contractibus, & ultimis uoluntatibus. in reſcrip. mandatis, & ſimilibus, propterea ſummus Pontifex, qui hanc regulam poſuit in d. c. generi. omiſit illa uerba in toto iure, clariuſq; & compendioſius loquendo, generi, inquit, per ſpeciem derogatur. omnia enim cõprehẽdit.

8 Circa primum membrum † de legibus & ſtatutis, ſiue ſpecies præcedat genus, ſiue ſequatur locum habet, ut hic plene per Deci. Barto. & Alex. in Apoſt. in d. l. ſanctio legum. Angel. Iaſ. & Deci. in conſil. præallegatis. Hinc eſt, ꝙ ubi aliquid ſpecialitatis introductũ eſt in uno caſu, lex ſuperueniens, & generaliter loquens non comprehendit illum caſum, ut per Iaſonem in l. poſtquam liti. col. fi. C. de pac. ubi Aquen. Deci. & alij Moder. etiam tradũt & pariter ſi lex in uno ſpeciali caſu prouidet requirendo ſolennitatem in eo, quæ tamẽ generaliter etiam in alijs requiritur, ſi poſtmodum lex noua generaliter ſolennitatem illam tollat, non cenſetur tollere in caſu illo, ut per Fel. alios referẽtẽ, in c. j. co. viij. de reſcri.

9 Et procedunt prædicta † niſi conſtaret de mente legis generalis ꝙ uoluerit ſpeciali derogare, ut quia dicatur non obſtante aliqua lege quæ generaliter uel ſpecialiter contradiceret, ut hic per Decium col. ij. Alexan. & Iaſo. in l. ſciendum. col. ij. ff. qui ſatiſda. cogan. Sed tunc lex ſeu diſpoſitio prima non eſt ſimpliciter generalis, quemadmodum hæc regula intelligitur, ſed eſt ſpecialis & poſterior, ideo nimirũ ſi priorem ſpãlem tollit, ꝑ regulã. l. pacta nouiſſima C. de pac.

Procedunt etiam prædicta in diuerſis legibus ſi ſpecies ſit contraria generi, alias ſecus, ut hic per Deciũ col. ij. ſed quemadmodum in ſuperioribus diximus, iſta regula intelligitẽ quando ſpecies generi aduerſatur, ſi uero ſpecies non aduerſetur generi ſed ſit ſubiectiua, tunc non derogat generi, cum gratia exempli poſita uideatur. l. quæſitum. §. fi. cum ibi not. per Bartol. ff. de fun. inſtru. & tradit Phil. Franc. in d. c. generi. circa prin.

Secundo regula iſta non procedit

10 ſm Deci. † ubi genus uerificari debet in una ſpecie, quia tũc generi per ſpeciẽ non derogatẽ, ut in l. ſi hæres. ff. de opi. l. c. ex parte. el j. de offi. deleg. remittit ſe tñ Deci. ad dicta ſua in c. paſtoralis. in §. qm̃. de reſcri. ubi contrariũ tenuit in ij. col. ſed nõ reſpõdet ad d. l. ſi hæres. nec ad l. ſi dño ff. de leg. j. quæ ineuitabiliter ꝓbant concluſionẽ prædictã. quã ut not. ſequit Fel. in d. c. ex parte. el. j. ad finẽ cõmẽti. & in d. §. qm̃. in prin. dicens, nota ad intellectum ꝑſentis regulæ

non dici diſpoſitionem generalē, q̄n non comprehendit totum genus, ſed uerificanda ſolummodo uenit in una ſpecie ſub genere comprehenſa, inferendo ad quæſtionem ut ibi per eū. Facit lex ſecunda. cum ibi not. per Iaſ. in j. col. ff. de lib. & poſthum. ꝙ
11 † ubi ſermo generalis uerificari non poteſt niſi in una ſpecie, loco ſpeciei habetur, faciunt quæ late ſcripſi in l. fi. C. de pac. circa intellectum. §. de il lo. l. iij. ff. ꝓ ſocio. Sed & ſi prædicta uera ſint, limitatio tñ bona non eſt, quia regula eſt de ſpecie ad genus in prædictis terminis utraque diſpoſitio ſpecialis reputatur, ideo &c. & quum paris ſint potentiæ una nō debet alteram poſſe tollere. arg. §. iutēpeſtiuum. l. ille a quo. ff. ad trebel. Et pro declaratione prædicte concluſionis, uide Paul. de Caſt. in d. l. ſi domino. ubi notanter declarando ipſam legem & contraria ibi tacta, dicit, aliquando uni legatur ſpecies, alteri totum genus, ut lego tibi ſtichum & ſempronio ſeruos meos, & in genere non comprehenditur ſtichus per regulam iſtam. Qn̄q; uni legatur certa ſpecies de genere, alteri ſpecies incerta de eodem genere certificanda per eum uel per alium ut in dictis legibus, & iſtud non dicitur legatum generis, ſed bñ dici legatū gn̄aliter factū, quia de qualibet re in genere cōtenta. ita loquunt̄ dicta iura, nec ꝓcedit hoc caſu regula iſta neq; ſpēs illa eximitur de genere, īmo illa in ſpecie cōcurrere pn̄t, ut ibi ꝑ eum.
12 Secundo iſta regula procedit † ēt in contractibus quia genus per ſpeciem reſtringit̄ ex ueriſimili mentē cōtrahentium. Et clauſula generalis non refert̄ ad ſpecificata, ut hic per Decium poſt alios. & eſt tex. per oēs allegatus in d. l. ſtipu. cōmodiſſimū. & in l. doli clauſula. ubi oēs ſcribentes not. ff. de uerb. obl. & in not. caſu ſcribit Ale. in ꝯſ. xciiij. ad fi. ī iiij. uo.
13 Tertio locū habet regula iſta † in ultimis uolūtatibus, ut hic ꝑ Deciū poſt Dyn. & alios, niſi diuerſis reſpectibus genus & ſpecies ponerent̄, ut quia uni legaret̄ genus reſpectu uſuſfru. alteri ſpecies reſpectu ꝓprietatis, tūc. n. ſpecies nō derogat generi, ſed cōcurrūt l. ſi alij. ff. de uſufruc. lega. Bal. tñ quē ipſe ꝓ ſe allēgat, in l. quoties. C. fa. herc. ꝯtrariū firmat ꝑ regulā legis uī ꝗ. idē Deci. in cōſ. ccccxc. dicit nō eē receden̄. a p̄dicta opi. quæ cōis eſt quia regula iſta generi ꝑ ſpeciē, ꝓcedit concurrētibus genere & ſpecie in eodē iure, ut quia teſtator uni legauit domū, & alteri oīa bona īmobilia. tūc apprime ꝓcedit hæc regula, generi ꝑ ſpeciē, quia de eodem iure ꝓprietatis agit̄ in genere & in ſpecie, ſecus ſi in genere agat̄ de uno iure, puta de uſufruc. & de alio in ſpecie, de ꝓprietate puta. tūc. n. generī ꝑ ſpeciē nō derogat̄. d. l. ſi alij. ꝓ cuius declaratiōe & intelligētia uide. ēt Bar. ī l. ſempronio illo eo. ti. de uſuf. leg. prac. Pap. in forma lib. quo uxor agit ad dotē. in gl. ſup uerbo, donec Pau. Pichū ī repe. §. titia. l. titia. ff. de leg. ij. co. xviij. uerſ. uenio mō. & in xxj. q. cū ſeq. Aquē. ī l. gall⁹. ī §. q̄dā recte. ff. de lib. & poſth. Iaſ. ī l. cū q̄d. in gl. cauto. ī ij. lec. ff. ſi cer. pet. & ī l. qcq̄d aſtrīgēde. co. iij. ff. de uer. obli. Deci. ī cōſ. ccv. & ī l. ſp in ſtip. ſupra hoc eo. tit. Et queādmodū ex dictis doc. in locis p̄all. circa intellectū. d. l. ſi alij. ad fin. ibi, † interdū plus ualeo
14 ſcriptura quā q̄d actū ſit cōis ſcribentiū ſentētia eſt cū Bar. ibi, veꝫ ꝙ non ꝯſtabat de uolūtate & ꝓpoſito teſtatoris. iō ꝓpoſitū in mēte retētū nihil opat̄. Q̄d demōſtrat̄ ex uerbis iuriſc. ibidē dū ait, ſi eo ꝓpoſito fecit. & dū iterū ſubiūgit, q̄a interdū plus valet ſcriptura quam quod actum ſit. quaſi uelit dicere, regulariter plus valet,

quod agitur, quã quod ſcribit, dummodo conſtet de uolūtate.d.l.ſi in ſtipulationibus. Si uero nõ cõſtet de uolũtate, tunc plus ualet ſcriptura, quã propoſitũ in mẽte retẽtũ:ut ibi.
15 Item procedit † pdicta concluſio in legatis, qñ uni legatur genus, alteri ſpecies;ſecus ſi eidem genus & ſpecies legata ſint,quia in dubio tũc ſpecies nõ derogat generi, ſed uř expreſſa gratia tollẽdæ dubitationis.l.quæſitum.§.item ſi fundum.ff.de fun.inſtru.declarãdo ut hic per Deci. poſt Dyn.loco palleg.& Bar.in d.l.quæſitum.in §.fi.Ideo dicunt Bal. & Phil. Fran.in dicta regula,generi, q̃ procedit qñ ſpecies aduerſatur generi;alias uř põſita,exẽpli grã.palleg.§ fi.Quarto locũ habet regula iſta † ĩ reſcriptis,
16 ſeu mãdatis;p tex.i d.c.j. de reſcrip. & in c.ſtuduiſti. de offic.leg. Declarã iſtud mẽbrũ;ut plene p Fel. Dec.Ripã & alios in d.c.j,de reſcrip.& p ſcribẽtes ĩ palleg.§.qm.& ĩ d.c.ſtuduiſti.
17 Secus eſt † in priuilegiis, quia ſm non derogat primo, ſiue generali, ſiue ſpeciali.c.ueniens. de præſcrip.declarando & limitando, ut p Deci. & alios,in d.c.j.de reſcrip. ubi Ripa ordinate ſcribit nu.74.cum ſeq. Simi
18 liter † in mãdato iuriſdictionis ſpeciale nõ derogat generali.l.j.cum ibi not.p Bar.C.de offic.præfe.urb.cum aliis de quibus hic p Deci.Iuriſdictio ergo cenſeť potius data accumulatiue quàm priuatiue. Vnde ſi in ciuitate conſtitutus ſit officialis ſuper dãnis datis, aut ſuper abundantia, non tollitur per hoc iuriſdictio, quam hãbet poteſtas, qui uniuerſalem habet: ſecundum Bart.ibi.de cuius dicti ueritate;uide Alex.in l.Gallus. in §.ille caſus.colum.iij.ff. de libe. & poſthu. Corn.in conſi.lxvj. cum ſeq.lib.j. & conſi.xxx.uol.ij.latius Fely. in c.paſtoralis.de offi.ordi.Deci. in conſil. dexc.& Matthæ. de Affli.in deciſ.regni.xlj.in reliquis recurre ad Dyn. & alios in d.c. generi.

SVMMARIVM.

1 *Superfluitas, & inculcatio uerborũ toleratur ad tollendam dubitationem.*
2 *Abundans cautela non nocet in contractibus,ultimis uolun'atibus, & iudiciis.*
3 *Ordinẽ ſeruare, ubi prætermitti poteſt, nunquam nocet.*
4 *Notarij plura impertinẽtia in inſtrumẽtis ponunt ad abundantem cautelam.*
5 *Hæc regula limitatur.& nũ.6.*
7 *Quando aliquid non requiritur, ſi adhibeatur & inepte, quando uitiat. & numero 8.*
9 *§.cum interl.inter.ff.de pact. dota. declaratur,& ornatur.*

L. LXXXII. Papinianus.

QVAE dubitationis tollendæ cauſa contractibus inſeruntur;ius commune non lædunt.

SVMITVR ex.ll.in glo.alleg.
1 Et iſto † caſu toleratur ſuperfluitas & inculcatio uerborũ,quia ſatis uidenť operari tollẽdo dubitationẽ.ut.n.dicunt cano.in c.nimis.el j.de exceſſi. pla.ad tollendã ſophiſticã interpretationẽ,uerba non pñt s.modum ſpecificari,ut hic ẽt p Deci.Iaſ. & alios in l.teſtm.C.de teſt.Fely in c.fi.col. vij.de conſtit.in c.eã te.col.xij.de reſcri.& in c.ſolitæ.col.fi. de maior. & obed.nã pp obſcuritatẽ uerborũ qs in errorẽ induciť c.plerique.xxiiij.q. iij.tradit Card. Alex.p illũ text.in c.
2 erit aũt lex.iiij.diſt. abundans † igiť cautela nõ nocet: Et quod hic dř de ꝯtibus, procedit ẽt in ultimis uoluntatibus.d.l.teſtamentũ;ut hic p Dec. idẽ dicas in iudiciis, ſm Bal.& Rimi.
3 in d.l.teſtamentũ. quia † nunquã no-

tet ordinem ſeruare, et ubi ꝑmitti pōt; ut ꝑ Inno. in c. nouit. de iudi. cū aliis ibidem alleg. faciunt ad prædicta quæ pulchre ponit Are. in l. ij. col. fin. in princ. ff. de leg j. Et propter
4 prædicta † notarii in ſuis inſtrumentis apponunt multa uerba ſuperflua, & ſæpenumero impertinentia, ſm Rim. & alios in d. l. teſtamentum. & maxime in renunciationibus. ſi. n. aliquis fideiuſſor ſe obliget, apponunt renunciationē beneficii de fideiuſſ. nouarum conſtit. & de duobus reis. Et ecōtrario ubi unus obligat ſe prīcipaliter pro alio, uel duo rei conſtituuntur, faciunt ꝙ renūciant beneficiis de fideiuſſ. etiā in caſibus ubi ad inuicē non uident fideiubere, ut habet in l. uir uxori. ff. ad uelleia. quantumcunq; iſta remedia ſint diuerſa diuerſiſque competant. Et idē ſi mulier ſe obliget & contrahat nomine proprio, adiiciunt renunciationē uelleiani, quod eſt ſuperfluū cū habeat tantūmodo locū qñ pro alio intercedit. Et idē eſt in inſtrumentis emptionum & uēditionū dum dicunt dedit & tradidit, qa eſt ſuperfluitas in uerbis. Pariter in ſubſtitutionibus apponūt clauſulā uulg. pup. & ꝑ fideicom. et in maioribus & extraneis, in quibus nō cadit pupillaris. & ſic de ſimilibus. Qñq; tñ ex abūdanti cautela in materia de ſimulatione uel fraude
5 ſuſpecta † fraus & dolus ꝓſumitur, & ſiniſtra oritur ſuſpitio; ſm gl. no. ī l. ſi quis ſub conditione hæredes. ff. de condi. inſti. ut hic ꝑ Deci. & alios in d. l. teſtamentū. ſed illud eſt ꝓp cautelas īſolitas, & in materia ſuſpecta appoſitas, redolenteq; neſcio quid illiciti. Plura poſſent adduci quæ traduntur ꝑ Ancha. in conſi. cclvij. circa fin. Barb. in conſil. vij lib. ij. & in conſil. lxxvj. col. fi. uol. iij. Cor. in ꝯſi. xxiij. col. ij. lib. iij. Soci. conſ. cxj. fo. 1. uol. ij. Are. cōſi. xxiiij. col. ij. uerſ. iū ꝯrriū. Iac. de ſan. Georg. in tract. feu. in uerbo, qui quidē inueſtiti. col. j. Alexan. conſi. xxviij. col. ij. uol. v. Felyn. in c. tertio loco. ad fi. de probat. in c. cām quæ. el i j. ad fi. de teſtib. & in c. ſi cautio. uerſi. & propter ea. col. xxv. de fide inſtru. & Iaſ. in l. unica. in §. is uidetur. col. ij. ff. ſi quis ius dicen. non obtem. ubi ēt Aquen. quem etiam uide in l. ij. ad fi. princ. ff. ſol. ma. & Hippo. Bono. in l. de minore. in princ. in iiij. col. ff. de quæſtio. Secundo iſta regula limitatur ſm Deci. hic Salyc. Rimi. & alios in d. l. teſtamentum. qꝛ illud quod cauſa tollendæ dubitationis exprimitur eſt uitioſum: ut in iuribus pro ꝯrijs ibi allegatis. ſuperflua
6 † igitur, ut ibi dicit Rimi. poſt alios, uitiant & uitiantur ubi ſunt contra naturam actus, uel ꝯtus qui geritur, nec poſſunt ſeparari. l. actus. ſ. eod. l. græce. §. illud. & §. ſi ſtichum. ff. de fideiuſſ. Confirmatur ꝓdicta ſm Dec.
7 hic. quia † in ſententia, in libello, in depoſitiōe teſtis, expreſſio cauſæ neceſſaria non eſt: ſi tñ ad tollendū forte dubitationē cauſa exprimatur, & inepta ſit, uitiat: eo quia ꝓſumptio, q̄ erat pro ꝓdictis cauſa non expreſſa, tollitur ꝑ expreſſionē. & ſic plus nocet inepta loquutio, quàm taciturnitas: ut dicit gl. in clem. conſti. in uerbo de nouo. de elect. Ad oppo. tñ facit regula. l. unicæ. in prin. C. de rei
8 uxo. actio. ꝙ † illud, quod omiſſum nō uitiat, pariter nō uitiat ſi inutiliter uel inepte agat, aut opponat. eſt materia brochardica in qua infinita propemodū adduci ꝓ & ꝯ conſueuerūt. & nōnullæ diſtinctiones tradi ꝑ doc. Vide Roma. in cōſi. cccclxxxvij. Fely. in c. examinata. col. vij. cū ſeq. de iudi. & in c. cū ordinē. char. j. de reſcrip. & in c. qualiter & qñ. el j. col. ij. & iij. de accuſa. omnes Mod. in l. uinū. ff. ſi cert. pet. Deci. in cōſi. xxxvij. col. ij. Mod. Bono. in l. unius. i §. cuſtodiæ. col. ij.

& ſeq.de quæſt.Mod.Aſten.in tract. de forma.char.li:ij.colũ.j.cum pluribus ſequen.in uerſ.viij.& ſucceſſiue. Contra iſtã regulam opponit hic gl. d.l.ſi cum dotem.in princ.ff.ſol.mat.
9 & d.l.inter † .§.cum inter.ff. de pac. dot.ubi pariter gloſ. opponit & non ſoluit.in dictis.n. caſibus expreſſio le dit ius cõe,q̃a ubi indiſtincte dos ſo. mat.ad patrem dotantẽredibat,pp ta lẽ expreſſionẽ & ſpecificationẽ exce pto caſu expreſſo non redit. pro ſol. uide Saly.in l.qui mutuam.in princi. ff.man.dicentem, ꝙ in cõtrarijs prædictis pactum non fuit appoſitũ cauſa tollendæ dubitationis, ſed cauſa limitationis, ideo in caſu contrario ad expreſſum uim renunciationis obtinet,ut latius ꝑ doc. in d.l.ſi cum dotẽ.in prin. Et de intellectu præall.§. cum inter.uide Alexã.in l.pecuniã.in prin.ff.ſi cer.pet.Soc.conſil.ix.col.ij. lib.j.Camp.in tract.de dote.in v.parte.q.xix.Iaſ. in l.poſt dotem. colum. xvij.ff.ſol.mat.Dec.in l.j.ſuper gloſ. in uerbo fortiſſimum. col.ij.ff.de offi.eius.& in conſil.ccxxxij.col.ſi.

SVMMARIVM.

1 *Verba,nullo iure cogente,quomodo accipiantur proprie.*
2 *Obligatus ad Antidora ſimpliciter ſoluens non præſumitur donare.*
3 *Donatio, quæ fit cauſa remunerationis, proprie donatio non dicitur.*
4 *Obligatio ad antidora operatur quinde cim effectus.*

L. LXXXIII. Papinianus.

Donari videtur,quod nullo iure cogente conceditur.

SVMITVR uerbotenus ex l.donari.ff.de don.& ex alijs ll.per gl.all. Difficultas iſtius regulæ cauſat ex il-
1 lis uerbis† nullo iure cogẽte.ſi.n.nec ciuili iure,neq; naturali debitũ ſit, de plano ꝓcedit:Sed ſi naturaliter ſi debitum. diſtinguendum eſt ſecundũ gl. & Bart.ut hic refert Deci.aut eſt naturalis ex pacto quæ potẽs eſt ad cauſandum retentionem. & cenſendum eſt tũc potius ſolutum debitũ quam donatum, aut eſt naturalis ad antidota, & iſta non excludit donationem, quia non eſt potens parere effectum retentionis. Dec.tenet,ꝙ nulla ex dictis naturalibus obligationibus excludat donationem,ex quo talis obligatio non habet in ſe neceſſitatẽ ſolutionis,ut hic per eũ. Et iſta eſt recta ſentẽtia & uera interpretatio præſentis regulæ ſi in ſole(ut aiunt)nolumus calligare. nam illa uerba, nullo iure cogente, reſpiciunt & determinant actum cõceſſionis & ſolutionis, non autem retentionis, & ſic modo non cogatur & neceſſitetur quis ſoluere, prout contingit in naturaliter obligato, cuiuſuis qualitatis ſit illa talis naturalis obligatio inducitur donatio.facit l.nec ignorans.C.de don. dum dicit, nec ignorans, nec inuitus quiſquã donat. Et intelligo prædicta qñ concedens utitur uerbo donationis,aut æquipollenti, cũ donari illud dicatur,quod ea mente datur, ut ſtatim accipiẽtis fiat. Et ob nullã aliam cauſam datur,quã ut liberalitatem & munificẽtiam quis exerceat, ut dicit
2 iuriſconſultus in l.j.ff.de do. † nã ſi naturali obligatione ex pacto uel ad antidora obſtrictus ſimpliciter traderet,aut concederet, potius præſumerem ſolutionẽ naturalis debiti quam donationẽ,quia ubicunq; capi ꝑt alia præſumptio uel coniectura quã donationis, illa accipi debet.l.cũ de indebito.ad fi.ff.de ꝓb.l.cãpanus. de operis lib.tradũt Anc.ↄſ.xxxij.& clxxxj. & Aquen.in l.poſtquã liti.& col.j.cũ ſimil.C. de pact. Si igitur ſalua rõne

tecti & latini ſermonis interptari poſſumus actum,ut ſoluens aut cōcedēs naturali debito ſatisfacere uoluerit, cur talē coniecturā potius non capimus quam donationis,quodq; adhuc uelit tali obligatione naturali nexus ſub eadem obligationē remanere. Et
3 qñ † naturaliter modo prædicto obligatus aīo donādi & remunerādi,ſicq; eā naturalem obligationē diſſoluēdi, daret aut ſolueret, non eſſet uera & propria donatio, ſed īpropria,ut uoluit Alb. ſupra p Dec. relatus & Pau. de Ca. in d.l.j.col.ij. per illum tex. ff.
4 de don. Operatur † aūt dicta naturalis obligatio ad antidora multos effectus. quindecim connumerat Aquen. in l. ex hoc iure.char.ulti. ubi ēt Iaſ. alios congerit. ff. de iuſti. & iur.

SVMMARIVM.

1 *Priuatio præſupponit habitum.*
2 *Pupillus an dicatur proprie inteſtatus.*
3 *Hæc regula non procedit improprie loquendo.*

L. LXXXIII. Papinianus.

Non uidetur rem amittere, cuius propria non fuit.

Svmitvr ex.ll. in gl. alleg. & facit text. no. in l. titio uſusfru. ff. de cōdi. & demō. & in l. j. in. §. j. ff. quib. mo. uſufr. amit. ubi gl. allegat plures
1 alios concordan. Priuatio † ergo præſupponit habitū, amittiq; non poteſt quod acquiſitum non fuit, & deſiiſſē non dr̄ ꝙ nō incipit, quod non ēſt rū pi nō poteſt, & non entis nullæ ſunt qualitates Dec. hic plures. ll. adducit & canones, infetēdo ad legitimationem & emancipationem, ut per eas probetur patria poteſtas, & quē non fuiſſe legitimū. quæ oīa latius poſuit Iaſ. in l. decem. in v. not. ff. de uerbo. oblig. ubi ad cōprobationē pn̄tis regulæ decem pulchra adducit ſimilia. Non pōt igiē recte poni priuatio ubi nō cadit habitus. unde equus inepte diceretur mutus, quia habitus loquēdi nō cadit in eo. nec lapis dr̄ eſſe cecus, quia uidēdi habitus in illo nō ca
2 dit. ſic † pupillus non recte dr̄ inteſtatus, quia in eo nō cadit habitus faciēdi teſtm̄, ut per Iaſ. loco præal. de cuius dicti ueritate late ſcripſi in rep. l. ſi emācipati. in prin. C. de colla. Similiter periuriū non cadit in eo qui nō iurauit, qui.n. non iurat nō periurat, ut per Fede. de Senis in q. cclxiiij. Et an excipiens uideatur fateri debitum uel delictū? Dec. hic ponit unum uerbū. uide latius Aquen. in d. l. decē col. vj. ubi facit regulā cū octo limita. Et
3 procedit iſta regula † ſecundū uerborum proprietatē, improprie uero & largo modo dr̄ quis pdere quod nunquā habuit, ſicuti actus nullus īfirmari dr̄, ut hic per Dec. & Cardi. Alexā. in c. ꝯcilia. xvij. diſt. nota, inquit, uim dici perdere prius non hn̄s, quod uī implicare contradictionem, cum priuatio præſupponat habitū, ſed iſtud eſt, ſubdit, quatenus de facto proceſſit. in eo enim euacuatur, ſeu ualiditatem perdit, ut in capitulo accedēs, el j. in ſi. ut lite non conteſta.

SVMMARIVM.

1 *Hæc regula quando non procedat.*

L. LXXXV. Paulus.

Cum amplius ſolutum eſt quam debeatur, cuius pars nō inuenitur quę repeti poſſit, totum eſſe in debitum intelligitur manentę priſtina obligatione.

SVMITVR ex.§.ſi centũ.in gl. alleg.quæ duo bona ponit exempla, vnũ reſpiciẽt impoſſibilitatem,qñ ſolutio vel ſatiſfactio conſiſtit in re indiuidua,alterum inuitam communionem a.l. damnatam. vt dicit text. in §.ſi centum.& pulchre declarat Angel.in conſi.liiii.incipit.Iulia.quamuis dici poſſit vtrunq; exemplum impoſſibilitatem reſpicere, cum decretum iudicis,de quo loquitur.§.ſi centum. ſecundum Decium hic, indiuiduũ ſit.Sed errore labitur,quia text. §.ſi centum.non loquitur in decreto iudicis,ſed in datione inſolutũ a parte facta: & aſſignat dictam rationem, quia nemo inuitus cogitur ſtare in communione: ideo melius ſenſit hic gl.cõmunis ut ſupradixi.Verũtamen eſt,ꝙ diſpoſitio Barto.quã ibi ex illo text.infert, loquitur in decreto iudicis.

1 Limita † & reſtringe iſtam regulam,ut facit iuriſcon.in d.§.ſi centum.aliiſq; modis,ut hic per Deci.& Iaſo.in præalleg.§.ſi centum.& Soc. in l.certi ꝯditio.in.§. qm̃ col.fi. quadrupliciter limitantem ubi etiã Dec. & cæteri tangunt.ff.ſi cer.pet.

SVMMARIVM.

1 *Naturalis obligatio eſt de iure gẽtium.*
2 *Naturalis obligatio conſideratur dupliciter.& nu.3.*
4 *Quæ ſubdiuiduntur.*
5 *Ius gentium dupliciter conſideratur.*
6 *Depoſitum an ſit de iure naturali,vel iure gentium primeuo.*

§. Is natura debet,quem iuregẽtium dare oportet, cuius fidẽ ſecuti ſumus.

1 NATVRALIS † ergo obligatio,ut hic per Deciũ,eſt de iure gentium, & eſt no.ad declarationem ſecundum eum, ꝙ ea obligatio diſtinguitur & duobus modis principaliter cõſideratur,& ſimiliter ẽt ius gentium duobus modis accipitur.Primo

2 † naturalis obligatio cõſideratur pro ea quæ oritur ex conſenſu & æquitate naturali, quæ ſuadet promiſſa ſeruari, quæ contrahitur ẽt cum ſeruis, & inter patrem & filium. Secundo

3 conſideratur † pro eo naturali inſtinctu,ut benefacienti benefaciamus, & contrahitur inter quoſcunque,ut hic per Deci. Barto.in l.ex hoc iure.ff.de iuſt.& iur.in ſua diſtinctione conſiderat quatuor ſpecies obligationis naturalis.alij uero moder. ut ibi ſcribit Aquen.in xiiii.col.melius conſiderãt duas ſpẽs tantum,ut dixit glo.in d.l. ſed & ſi in,§.conſuluit.ff.de pet. hære. Quia alia eſt quæ oritur ex rõne naturali ſolis hominibus cõpetenti, cum bruta rõne careant, & iſta cõſiſtit in obſeruantia promiſſorum l. j. ſupra de pac.cum uulg. & ut quis alteri non faciat quod ſibi fieri nollet, & huiuſcemodi,quẽ rõ naturalis ſuadet,& eſt iſta de iure gẽtium, allegat legem noſtram. Alia eſt obligatio naturalis quæ oritur ex inſtinctu naturæ qui etiã brutis cõis eſt, ut benefacienti benefaciamus. nã & bruta hoc

4 faciũt,ut experiẽtia docet. Et † prædictæ duæ obligationes ſubdiuiduntur poſtea in alias ſpecies, ut ibi per præallegatos ponentes ẽt plures effectus quos inducit prædicta naturalis obligatio ad autidota ut benefacienti benefaciamus.Si tñ lex prohiberet actum fieri, tunc ſi fieret nõ oriretur naturalis obligatio.text.eſt in l.non dubium.C.de legi.ubi Iaſo. in quarto not.tradit. Similiter † ius gẽtium

5 duplex eſt primeuũ ſcilicet,& ſecundarium,ut hic per Dec. Qui ad declarationem iſtius text.ſubiungit intelligi debere de iure gẽtium primeuo, quod in effectu dr̃ ius naturale. c. ius naturale.j.diſt.& obligatio illa natu-

ralis ut benefaciēti benefaciamus, eſt de illo iure gentium primeuo, & ita intelligitur iſte tex. ſecus de ſecūdario quod a naturali diſtinguitur, immo eſt quodammodo contra ut infra dicā. Ideo Ang. are. inſtit. de iure naturali. in. §. ius autem gentium. ad fi. not. duplex eſſe ius gentium. Primū fuit eo ipſo ꝙ gentes eſſe ceperunt naturali ratione inductū abſq; conſtitutione aliqua, ut fidem ſeruare. Et iſtud habet, inquit, concomitantiam cum iure naturali. Secundum eſt ius gentium quo omnes gentes utuntur, quodque ſibi conſtituerunt gentes non ſecundum rationem naturalem ſed quodammodo contra, ut bella, captiuitates, ſeruitutes, & diſtinctiones dominiorum. naturali n. ratione oēs liberi naſcebantur, ut dicit text. d. §. ius autem gentium. & hoc iure gentium annihilatus eſt ſtatus ſeruorū, & ſeparatus ab aliis, nihilque proprium ſibi poſſunt acquirere, ut ibi per Ang. de quo quidem iure gētium primeuo & ſecundario. uide etiā ſcribentes in d. l. ex hoc iure. ubi Aquen.
6 in tertia colum. diſputat, an † depoſitum ſit de iure naturali, uel de iure gentium primeuo, & concludit contra Pau. de ca. nō eſſe de iure gentiū primeuo: quia ius gentium, in quit, primeuum nihil aliud eſt, quam naturalis ratio inſita hominibus, & ſic eſt paſſio animæ. Ex quo iure gentium bene oritur æquitas quæ ſuggerit fidē ſeruari ne dum in depoſito, vt declarat Pau. de Ca. ſed etiam in omnibus contractibus & conuentionibus d. l. i. de pac. & l. i. de conſtit. pecu. ſed formalitas contractum, ſiue loquamur in depoſito, ſiue in alijs, eſt poſtea introducta de iure gentiū ſecūdario, quod nihil aliud eſt, quā cōſtitutiones quædā ad hominibus introductæ vt ibi per aquen. plura etiā de iſto iure gentiū primeuo & ſecundario ſcripſi in rubr. ff. de orig. iur.

SVMMARIVM.

1 *In dubio iudicandum eſt pro dote tam conſtituenda, quam reſtituenda.*
2 *Mulier an habeat regreſſum ad bōa alienata quorum hypotheca renuntiauit.*
3 *Inſtrumētum dotis quando præſumitur prius factum quam alterum eodem die confectum.*
4 *Horæ appoſitio in inſtrumentis attenditur. & nume. 5.*
L. non puto. ff. de iure fiſ. ornatur.
6 *Poſſeſſor cæteris paribus vincit etiam ꝙ agatur cauſa dotis.*

L. LXXXVI. Paulus.

In ambiguis, pro dote reſpōdere melius.

SVMITVR ex l. in ambiguis. ff. de iu. do. aliisq; per gl. alleg. proce
1 dit generaliter† tam in dote conſtituenda, quā reſtituenda: vt per glo. d. l. in ambiguis. & rationem iſtius regulæ aſſignat iuriſconſult. in l. i. ff. ſo. ma. vbi Bart. & alii dicunt iſtud etiā procedere tam in modo procedendi quā decidendi, vt iudex mulieri agēdi vel pro dote inſiſtendi magis quā alteri parti fauere debeat, vt tradit Bal. Nouel. loco ſtatim alle. Alex. hic in apoſt. ad Bar. citat Bal. in l. ad exactionem. C. de dot. promiſ. enumerātem quędam ſpecialia in dotibus, ſed habes in præſentiarū duos magnos tractatus de hac materia, Cāpezii videlicet & Bald. Nouelli qui ſubtiliter plura ſcripſit.
2 Nota etiam diligenter. ꝙ† dicet mulier renunciauerit iuri hypothecę dotium, ſi tamē tempore quo agitur de reſtitutionem dotis non ſit in facultatibus viri vnde mulieri pro conſecutione ſuæ dotis ꝯſuli poſſit, mulier

habebit regreſſum ad illa bona alienata, quorum hypothecæ renunciauit fauore dotis, vt poſt Imo. ſcribit Matt. de Affl. in deciſi. regni cccxiii. q tñ non pono pro conſtanti. Ex p̄dictis infertur ſecūdum Bart. in d. l. i.
3 q † ſi reperiantur duo inſtrumēta eodem die cōfecta, & alterum ſit dotis, nec appareat de prioritate vel poſteritate temporis, præſumitur fauore dotis prius factū inſtrumentū pro dote faciēs. Dec. hic extēdit ad eccleſiā & fiſcū, niſi qñ tractaret de lucro captādo p l. nō puto. ff. de iure fiſ. reſtringēdo concluſ. niſi in altero eſſet hora:
4 quia † prioritas horæ attēditur, & facit p̄ualere, niſi pars eſſet in poſſeſſione vt hic per eū. de quibus omnibus latius p Bal. Nouel. in præalle. tract. fol. 50. in i. char. ix. par. princip. Soci. Iaſ. Aquē. & alios Mod. ī d. l. i. in primis col. ff. ſol. matri. in quibus locis præalleg. ſcribētes declarant tex. d. l. non puto. vt de eis non facta mentio ne hic ſcribit Deci. Et vltra præallegata de intellectu illius text. vide etiam Fely. in c. fi. colū. ii. de re iudi. & in c. paſtoralis. col. iiii. de reſcrip. Aquen. in l. iuſtam. & in l. fi. col. ii. C. de eden. Iaſo. in l. de die col. fi. ff. qui ſatiſ. cog. & in conſi. xcix. & cviii. vo. i. Deci. in c. ex literis. col. iii. de proba. & in rub. de iudi. col. fin. in ii. le-
5 ctu. Ad id vero † quod de appoſitione probatione horæ dictum eſt, vltra ea quæ ſcribunt Bald. Nouel. Socin. Iaſo. Aquen. & alii in loco præalle. vide Anchar. in conſilio ccclxxxviii. colū. iiii. Fely. in c. capitulum ſanctæ crucis. col. fi. de reſcrip. & in c. paſtoralis col. ij. eod. ti. Iaſ. in l. i. in. §. editiones. col. i. ſupra de eden. Deci. in d. c. paſtoralis. col. iii. & ī conſ. clxix. col. fi. Soc. in l. qui duos. col. ii. ff. de rebus dub. & pulchre in conſi. lxvij. vol. iii. quem ter in hoc articulo va-
6 riaſſe inuenies. Rurſus † quod exiſtēs in poſſeſſione obtinere debeat, & ſic ceſſet iſto caſu fauor dotis, vltra Bald. Nouellum Soci. & Iaſ. in locis p̄all. vide Barb. ī ꝯſi. xxxix. col. iii. uol. iiij. Corſ. in ſingu. ſuis in verbo matrimonium. el iij. Curt. ſeniorem in repe. l. admonendi. col. lxxxvij. cum ſeq. ff. de iureiur. Iaſ. in l. fi. poſt diuiſionem. C. de iur. & fac. igno. & ī l. nemo pōt. in ii. lec. ī penul. char. ff. de leg. i. Deci. in l. fi. col. pen. C. de edic. diui. Mod. Bononi. ī no. lxxxii. An aūt cauſa dotis comprehendatur in generali diſpōe, dixi in l. i. §. eo.

SVMMARIVM.

1 *Non tollit factum quòd impedit faciēdum, etiam quòd factum nō ſit legitimū numero 6.*
2 *Limita quando factum non eſſet perfectum, & quādo dicatur perfectum nu. 3.*
4 *Dos propter inopiam viri in tuto collocata, ſuperuenientibus viri diuitijs retractabitur.*
5 *Res deueniens ad caſum, à quo incipere non poteſt, an vitietur.*
7 *Factū quandoq; facilius deſtruitur, quā impediatur de nouo fieri.*
§. ſacerdotio. l. nō diſtīguemus. ff. de arb. declaratur pulchre & ornatur.
8 *Effectus facti quòd impedit faciendum quandoq; impeditur.*

§. Non eſt nouum, vt quæ ſemel vtiliter conſtituta ſunt, durent, licet ille caſus extiterit, a quo initium capere non potuerunt.

Svmitvr ex ll. per gl. alleg. & alia exempla cum concordantibus adducit glo. in c. factum legitime. de regul. iur. in vj. vbi præſens regula etiā inferitur. & ponit ibi Dy. duo alia exemplā quæ tacito auctore trāſcripſit hic deci.

1 No. ergo bonā regulā, ꝙ † ſemel utiliter conſtituta durant, licet ſuperueniat caſus a quo inchoari non potuiſſent: ſeu ꝙ non tollit factum ꝙ impedit faciendum, ut allegat Dy. loco præal. Et ubi iuriſcõſ. hic poſuit uerbũ, utiliter, ſummus Pontifex in d. c. factum. dixit legitime, quod comprehendit fc̃m & modum: ut factum in ſe uidelicet, ſit legitimũ, & ſine peccato, & legitimo mõ factũ, nec retractatur ex caſu ſuperuenienti, licet ſit talis qui impediret inchoationem actus, ſẽm Ioan. And. & Phil. Fran. ibi
2 dẽ. Et intelligitur hæc regula † qñ actus pfectus fuit & cõſumatus, alias ſecus. quia deſtruitur qñ deuenit ad caſum a quo incipere non potuiſſet l. inter ſtipulantem §. ſacram. & l. pluribus §. j. ff. de uerb. obl. niſi caſus ſuperueniens ad eundẽ fi. tẽderet l. ſciẽdum. in fi. ff. qui ſatiſd. cog. §. ex contrario. uerſic. ꝙ ſi uiuo. inſtit. de lega. ubi exemplum ponitur. Diſpoſitio
3 † autem non dr̃ perfecta abſolute & ſimpliciter, niſi quando profecta eſt ultima perfectione, quia perfecta eſt executio contractus, ita Areti. per illum tex. in l. ſi ſub uno §. j. in ij. nota. ff. de uerb. ob. adducit pro comprobatione no. per gl. & Bal. in l. j. C. de peric. & commo. rei uẽ. Idem uoluit ipſe Areti. in d. l. pluribus in §. j. in ij. col. ubi notanter declarat, & limitat quod dictũ eſt de cã inhabilitatis ſuperuenienti, & ad eundem finem tendente, per d. l. ſciendũ. in fi. & d. uerſ. ꝙ ſi uiuo. ut procedat qñ non intereſſet debitoris ꝙ per ſecundam cãm ſuperuenientẽ retractetur & irritetur. Prima ſecuti in d. uerſ. ꝙ ſi uiuo. ut de ſe patet & in d. l. ſciendũ. ad fi. ubi reus cum ſatiſdederat, ſed qñ multũ intereſſet debitoris cãm primam nõ remanere firmã, tunc licet cã ſuperueniens ad eundem finem tenderet per hoc tamen non ſeruaretur prima diſpoſitio l. j. §. ij. ff. de curat. fur. ubi liquet, ꝙ ſecunda cauſa ſuperueniens tollit primam ſi talis erat quæ a principio impediuiſſet actũ fieri, licet diſpoſitio præcedens & ſequẽs eam tẽderet ad eundem finem: ideo tenet,
4 ꝙ † dos uxoris in tuto collocata, pp inopiam uiri ſuperuenientibus uiro diuitijs retractabitur ut pœnes uirũ remaneat, ex quo ſuperuenit caſus a quo initium habere non potuiſſet propter diuitias, quæ licet tendãt ad eundem finem conſtituendi uxorem magis tutam & cautam, quia tamen intereſt mariti ut recuperet adminiſtrationem bonorum dotis, retractabitur, ut ſequitur Iaſon. poſt alios per eum allegatos in l. ſi conſtante. column. penult. ff. ſolut. matr. Ad
5 regulam prædictam, † an res deueniens ad caſum a quo incipere non poſſit, uitietur, tradit pulchrã & not. doctrinam Salyc. in l. ſi gaudentius, ubi eſt text. qui concordat cum hac lege. C. de contrahen. emptio. diſtinguendo an caſus ſuperueniens agat in cauſa uel in perſona efficiente, aut in cauſa formali, id eſt forma rei, aut in cauſa materiali, uel finali ut ibi late per eum quem refert, & ſequitur Angel. in §. ſi quis debitori. inſtit. de lega. adde quæ ſcribunt Imo. & Aretin. in l. ſi ſub una in §. j. & in l. pluribus. et in §. j. de uer. obl. Deci. & alij in c. cum ceſſante. de appel. Et quia
6 hæc regula loquitur qñ aliquid utiliter fc̃m eſt, ampliatur ẽt † ꝙ fc̃m nõ ſit legitimũ, ut quia ꝯ prohibitionẽ iuris tñ v3; quia multa fieri prohibẽtur, quæ tamen facta tenent. l. j. §. biduum. ff. quando app. ſit quod exemplificari põt in pluribus caſibus, ut hic per. Doc. & plenius per Iaſ. in l. a patre furioſo. colũ. iii. & iiij. ff. de his qui ſunt ſui uel alie. iur. quæ intelligunt qñ lex prohibens ulterius pcedit ita diſponẽdo, uel tractat de cõ-

modo aut fauore partis cui renũciare poſſit, ut hic per Dec. poſt Pau. de Ca. in cõſi. ccxvj. circa principium. in antiquis. per Iaſ. in l. non dubium. in multis locis. C. de legi. & Fely. in c. ſi diligenti. de foro compe. & per eundem Dec. ĩ cõſ. ccccxciiii. & ccccxix. ubi reprobat deciſionem Fed. de exe cutione facta per Guardianum fratrũ minorum, quã hic approbauit & ſequutus fuit. Quandoque tamẽ econ trario ad regulam noſtram, facilius

7 † deſtruitur factum quã impediatur de nouo fieri. l. non diſtinguemus in §. ſacerdotio. ff. de arbi. idque operatur in eo caſu rationis diuerſitas, ſoluitur enim ibi compromiſſum, quia veriſimiliter in tali dignitate ſecularia negotia tractare noluiſſet, iõ datur abſtinendi facultas & cõpromiſſum ſoluitur, quę rõ ceſſat qñ in conſtitutum in ſacerdotio cõpromiſſum fuit, ſecundum Dec. hic ad fi. ſed tex. ibi aliam rõnem aſſignare uĩ, quæ pariter locum haber qñ compromiſſum factum fuit in ſacerdotem iam ordinatum dum ait, id non tantum honori perſonarum, ſed etiã maieſtati dei indulgeri, cuius ſacris ſacerdotes uacare op3, ſicq; fauore diuinæ maieſtatis iudcare non cõpellitur. Vnde dico, ꝙ qñ iam ſacerdos exiſtens cõpromiſſum ſuſcipit, cogitur pronũciare, quia imputandũ eſt ei cur paſſus fuerit in ſe cõpromitti, præſumendumq; eſt ꝙ rale onus non recipiſſet niſi ſciuiſſet poſſe ſacris nacare & tali oneri ſatiſfacere, ea ꝑꝑ merito cogitur. de quo quidem tex. præallegat. §. ſacerdotio. uide pulchre Fely. in c. præſentata. colũ. j. de teſtib. & Dec. de materia. in conſil. cccexciiij. & cccexcix.

8 Poſtremo not. ꝙ † quamuis legitime factum duret, & non retractetur ꝑꝑ cauſam ſuperueniẽtem, attamen quandoque impeditur illius effectus, ut per gl. in dicto c. factum legitime.

SVMMARIVM.

1 *Ex cauſa receditur a regulis iuris.*
2 *Aequitas quando rigori præferatur.*
3 *Ratio naturalis allegabilis eſt ad deciſionem cauſarum.*
4 *Quærere rationem ubi ſentimus non eſt niſi firmitas intellectus.*

§. Quoties æquitatem deſiderii, naturalis dubitatio iuris moratur, iuſtis decretis res temperanda eſt.

IN text. ibi moratur, id eſt differt & impedit. Exemplifica ut ꝑ gl. & Dec. hic, probari illud generale di-

1 ctum, ꝙ † ex cauſa receditur a regulis iuris cõis. de quo plene per Felyn. & oẽs ſcribẽtes Moder. in c. j. de cõſtit. Tu potes ẽt dicere hic probari, ꝙ

2 † æquitas non præfertur rigori qñ ratio naturalis uel iuris diſpoſitio refrangantur, de quo in l. placuit. C. de iud. & dicetur infra. Notari ẽt poteſt,

3 ꝙ † rõ naturalis eſt allegabilis ad deciſionem cauſarum, ad quod eſt text. nota. in l. ſcire oportet. in. §. ſufficit ff. de excu. tuto. ibi, quod ipſa naturali iuſtitia ſufficit firmare. de quo, quia an ĩ ſuperioribus dixerim memor nõ ſum, uide text. not. in l. in rebus. in. §. poſſunt. ff. commoda. text. l. unicæ in §. j. cum not. per Bald. C. de cadu. toll. Barbat. in conſil. iij. colum. fin. libr. ij. dum ponit rõne naturali quid probari & reprobari. Corſe. in litera o, ſingul. incip. vbi doctores. Iaſo. in l. dedi. in. §. ſi libertus. col. ij. ff. de cõditio. cauſa data. & in l. quamuis. col. j. de in ius uoca. in lege illam. col. iij. C. de collatio. & in auctentica ſi qua mulier col. ij. C. de ſacroſan. eccl. Decius in c. ij. requiris. in iij. not. de appellatio. & Moder. Bononien. in repetitio. rubri. C. de prob. col. xxxviij.

Iaſo.

Iaſ.in conſi.cxxvj.col.pe.lib.iiij. vbi refert Iſern. dicentem iudicẽ ita moueri debere per dictum naturale,ſicu
4 ti per legẽ ſcriptã. Et ſimiliter†quærere rationẽ vbi ſentimus non eſt niſi infirmitas intellectꝰ, ſm Auer.quẽ doct.ſepæ referunt & ſequuntur, ut ibi per Iaſ. Rei.n. ſatis demonſtratæ fruſtra alia additur demonſtratio l.j. in fi.ff.de dot. pleg. ſuperuacuisq; laborat impendijs,qui ſolem facibus illuſtrare conatur c. bene quidẽ.xcvj. diſt.vt per Zanetinum inter conſilia Socin.iiij .uol.in conſi.vj.

SVMMARIVM.

1 *Actoris conditio per litis conteſta. nõ fit deterior.*
2 *Dictio plerunque quomodo accipiatur et an quandoque conditio fiat deterior per litis conteſta.*
3 *Effectus reſultantes ex litis conteſtatio, qui ſint.*

L. LXXXVIII. Paulus.

Non ſolet deterior cõditio fieri eorum qui litem conteſtati ſunt,quam ſi non eſſent,ſed plerunq; melior. Nemo enim perſequendo deteriorem facit Denique poſt litis conteſtatũ hæredi quoque proſpicitur,& hæres tenetur ex oĩbus cauſis.

Dividitur in tres partes. In prima ponit dictum. In ſecunda rationem. In tertia quod dixerat probat ab effectu. ſecũda ibi nemo enim tertia.ibi,deniq; Sumitur ex ll. in gl.
1 alleg. No.ꝙ†per litis conteſt.non fit deterior conditio eius qui litẽ cõteſtatur,ſed plerunq; melior : ut hic, & alijs iuribus per gl.alleg.Dec.aſſignat rationem quia iudicium introductum eſt in fauorem actoris ideo in eius odium retorqueri non debet. Mihi vr̃ ꝙ iuriſconſultus hic clarius rationem aſſignet dicens, nemo .n. perſequendo &c. quaſi dicat labor & diligentia proſequentis ius ſuum no cumento ſibi eſſe non debet l. fin.C. de alln.& palud.ubi gl. adducit alia iura,& illud Catonis. Cũ labor eſt damno mortalis creſcit egeſtas.Hinc dicimus, ꝙ uigilantibus & non dormientibus iura ſubueniunt l.pupillus.ff.de his quæ in frau. credi. & in rub.prohem.iſti.ibi, cupide legũ iu-
2 uentuti,cũ ibi no. Et ex verbo†plerunq; in prin. regulæ appoſito patet, ꝙ quandoq; conditio litigantis deterior fit per litis conteſt. nam poſt litem conteſt.variare non poteſt : ſm glo.hic in fin.& ſm Deci.id cauſatur ob electionem prius factam non pp lit.conteſt.Sed reſpon. ꝙ niſi accederet litis conteſta. nõ impediretur variare,ut in l.aleg.per gl. ideo effectus attribuitur litis conteſtationi. Comprobantur prædicta clarius per l. edita.cum materia.C.de edẽ.vbi litis cõteſtat.impedit emendationẽ,& mutationem libelli,& ſic variationem Aduerte ẽt quia verbũm illud, plerunq; determinat ꝙ de meliori cã dixit nõ de deteriori,& ſic male elicitur,arguiturq; per litis conteſt.fieri quandoq; cãm deteriorem.cum .n.dicat plerunque fieri meliorem, non bene infertur quandoq; fieri deteriorem ſed bene non ſp fieri meliorem , ſed ꝙ fiat deterior nequaquam. Et ſi nõnunquã per litis conteſt. conditio litigantis deterior efficiat ut in caſu l. amplius non peti.ff.rem rat.hab. vbi promittens ſub pœna non petere, non incurrit pœnam per ſimplicem petitionẽ, ſed facta demum litis conteſt. Quod autem per litis conteſt.plerunque faciat quis conditionem ſuam meliorẽ probat hic iuriſconſultus per unum

3 not.†effectum inde reſultãtem, quia actio alias non tranſmiſſibilis fit tranſitoria ad hæredem & contra hæredẽ de quo plene in §.pe.inſti.de perper. & tẽp.act.& in l.j.C. ex delic. defun. Glo.addit ſm effectum de perpetuatione actionis, ut per eum. Alium effectum ponit tex.not.in l.ſi tutius. ff.de uerb.obl.vbi Aquen.& alij.not. quia per litis conte. acquirit quis ſibi actionem quam prius nõ habebat, ut in caſu illius legis.Quoſdam alios effectus reſultantes ex litis conteſt. ſeu quaſi, ponit soci. in c.qm̃,in pe. charta.extra lite non conteſt.

SVMMARIVM.

1 *In mora non dicitur, qui legitima exceptione tueri ſe poteſt.*

2 *Pœna non committitur ubi nulla eſt petitio.*

3 *Hæc regula quomodo intelligitur,& numer.4.*

L. LXXXIX. Scæuola.

Nulla intelligitur mora ibi fieri ubi nulla petitio eſt.

Svmitvr ex l. ſi pupillus .ff. de verb.oblig.& ex l.lecta.in uerſi.dice-
1 bam.ff.ſi cer.pet.vbi dicitur†non eſſe in mora eum, qui legitima exceptione ſe tueri poteſt, & ubiq; doct. tradunt. Et hoc etiam pro regula ponitur in c. non eſt in mora.de regu. iur.in vj.ubi not. gloſſ. plura exempla ponit ad iſtam regulam,declarãs quomodo intelligatur exceptio legi-
2 tima. Infertur ex regula,quòd†pœna non committitur ubi nulla eſt petitio, quia ſine mora non incurritur de quo in l. ſi pacto quo pœnam. C. de pact. Infertur etiam ad notab.quæſtionem per Ioan.Andr.& alios in d. c.non eſt in mora. Intelligitur au-
3 tem præſens regula,nullam† eſſe moram quæ inducatur, ſed prius inducta bene conſeruatur, quia dilatio lucrum afferre nõ debet.l.in fideicommiſſi in prin.ubi gloſſ. not. ſecundũ Deci.ff.de uſur.Pro quo põdera tex. nſm.in uerbo, fieri: ſecus ergo ſi fa-
4 cta ſit. Limita†etiam ut per Iaſ.in d.l.ſi pupillus.

SVMMARIVM.

1 *Succeſsio teſtati præfertur ſucceſsioni inteſtati etiam quòd inſtitutus non eſſet capax totius hæreditatis.*

2 *Subſtitutus non admittitur donec inſtitutus ex teſtamento ſuccedere poteſt.*

3 *Hæc regula fallit.& nu.5.*

4 *Spurius poteſt inſtitui ſub conditione ſi legitimabitur.*

L. XC. Paulus.

Quandiu poſsit valere teſtamentum, tandiu legitimus hæres non admittitur.

Svmitvr ex l. quandiu. la ij.ff. de acquirend.hæred.cum allega. per gloſſ.hic & in d.l.quandiu. Deferuntur enim hæreditates ſecundum uoluntates teſtatorum .l.j. C. de ſacroſan.eccle.§.diſponat in auct.de nupt: & l.in conditionibus.cum uulg.ff.de condi.& demon.ideo nimirum ſi ſucceſſio teſtati præfertur ſucceſſioni in
1 teſtati. Et procedit regula † etiam ſi inſtitutus non eſſet capax totius hæreditatis,ut innuit text.in l. antequam.C. communia de ſucceſſ. ubi not.Bal.Cor.& alij declarantes,quid fiet de portione quam non capit. Et
2 pariter † ſubſtitutus non admittitur donec inſtitus ex inſtitutione & teſtamẽto ſuccedere poteſt l.quandiu. la j.ff.de acquirend.hæred. quod nulla alia ratione diſponitur quam vt ſer

netur uoluntas teſtatoris. Limitatur iſta regula ſecundum gl.hic & ſe
3 quitur ſimpliciter Deci.†quando ita eſſet teſtatoris uoluntas per tex.in l. ſi quis hæres ita inſtitutus.ff.de hær. inſtit. Azo gloſſator antiquus uolebat, ꝙ legitimus hæres ibi ueniret ex teſtamento mouebatur argu.non cõcludenti Accurſio noſtro. ideo dicit arg.illud capiat qui poteſt. Albe.de roſa.hic nititur capere. Et opinioni Azonis adhærebat etiam Bal. in d.l. antequam dicens ꝙ in d.l.ſi quis ita. ꝑ uoluntatem teſtatoris veniẽs ab inteſtato obtinet gradũ inſtituti, ſed verũ nõ eſt ꝙ ibi legitimus cẽſeat in ſtitutus, quia poſita in cõditione nõ cẽſentur eſſe in diſpoſitione.l.ſi quis ſub conditione.ff.ſi quis omiſſa cauſa teſt.ſecundum Saly. Et ſecundum Fulg.& Cor.in d.l.antequam.dici poteſt, ꝙ hæc regula non fallit in caſu. d.l.ſi quis ita.ſtatim ꝙ legitimus hæres declarat ſe uelle hæreditatẽ deficit conditio inſtitutionis, adimiturq; facultas ſeu ſpes ſucceſſionis ex teſtamento: ideo non ſuccedit ab inteſtato anteq̃ deficiat ſpes ſucceſſionis ex teſtamento, ſed ſimul ſucceditur ab inteſtato, & deficit cauſa teſtati. Et ſic gl.& Deci.hic ponentes limitatio nẽ in caſu.d.l.ſi quis.minus bene ſen
4 tiunt. Et per†illum tex.doct cõmuniter tenent ſpuriũ poſſe inſtitui hæredem ſub conditione ſi legitimabitur, & interim dandum eſſe curatorẽ hæreditati qui bona adminiſtrabit, vt per Alex.in l.gallus.in §.inſtituẽs.ff. de lib.& poſth.& late conſuluit Cur.
5 Iun.in conſi.lxxxiiij. Secundus† caſus in quo fallit regula nr̃a eſt in l. hac conſultiſſima.in §.ſi quis autem. C.de teſta.ubi Alex.in ſecundo not. ait cauſam inteſtati prævalere teſtamẽto.& ſequitur hic ſimpliciter Deci. Sed fallitur.in caſu enim illius.§. teſtamentum primum non ſubſiſtit, verum cauſa inteſtati prævalet, ergo non poteſt eſſe fallentia ad regulam legis noſtræ, ꝙ legitimus non admittitur quandiu valere poteſt teſtamentum cum teſtamentum ibi ualere nõ poſſit. De caſu tamen illius.§. ultra dicta ibi per ſcribentes. vide Alex.in conſi.cv.& cxiiij.lib.vij. & Modern. Aſten. in tractatu de forma fol.xj. col.iij.uerſ.ad dictum §.

SVMMARIVM.

1 *Aequitas in omnibus actionibus mundi, præcipue in iure, attendi debet.*
2 *Opinio doctoris prima, quæ equitatem ſapit cenſetur approbata.*
3 *Aequitas quid ſit quomodo cognoſcatur num.4.*
5 *Iudicem habere æquitatem ante oculos quomodo intelligatur. & nu.7.*
6 *Iudex clementior lege non debet eſſe.*
8 *Facultas procedendi ſecundum æquitatem quid ſignificet.*
9 *Rigor præfertur æquitati, quando æquitas non eſt ſcripta. Limita nu. 10. l.proſpexit.ff.qui & a quib. ornatur.*
11 *Rigor in ſpecie ſcriptus præfertur æquitati in genere ſcriptæ. Limita nu. 13. 14.*
12 *Præſcriptio quare fuit introducta.*
15 *Rigor ſcriptus poſt æquitatem præfertur æquitati.*
16 *Lex pœnam cõtinens dicitur eſſe æqua.*
17 *Rigor iuris ſæpe ponitur pro eo quod ordinatum eſt a iure.*

L. XCI. Paulus.

In oĩbus quidem, maxime tñ in iure, ęquitas ſpectãda eſt.

Svmitvr ex ll.per gloſſ.allega. conformis eſt alia regula poſita. ſupra eo. quòd in dubijs benigniora præferẽda ſint: & ibi plura ſcripſi. Et ideo æquitas præfertur rigori l.placuit.C.de iud.& ꝑ ſemitam æquita-

tis procedi habere iubet lex. de offic. leg c. quærenti quam æquitatem ante oculos iudex. ſemper habere debet l. quod ſi epheſi. ff. de eo quod certo lo co. Hinc Ariſt. Ethicorū .v. Epicheā, quam æquitatem dicimus, meliorem eſſe legali iuſtitia prædicat, ideoq; pferri.
1 Et iſta† æquitas in oībus actionibus mundi attendi debet, præcipue tamen in his quæ tractantur & tradū tur in iure, quod ſp eſt bonū & æquū l. j. ff. de iuſt. & iure. ita uoluit hic dicere iuriſconſultus, ſm primā declarationē glo. q̃ melior eſt ſcda, & huic litere magis quadrat. Aequitas ergo attendenda eſt in pactis, in contractibus, in ultimis uoluntatibus, & in iudicijs, ſm gl. hic. Et generaliter in q. buſcunq; diſpoſitionibus per generalitatē præſentis regulæ. Hinc ēt eſt,
2 q†licet ultima opinio doctoris cenſeatur approbata, qñ tñ prima æquitatem ſapit ſecus eſt; ut per Iaſo. in d. l. placuit. & per Dec. infra ad fi. cōmē. qui in materia æquitatis, plura hic allegat, quæ prius cumularunt Iaſ. & alij. & in d. l. placuit. & in d. l. quod ſi epheſi. & ī l. ſi tibi. ff. ſi cer. pet. Bur. & Abb. in c. fi. de tranſ. Card. Alex. in c. diſciplina. xlv. diſt. & Felyn. in c. ij. de re iudi.
3 Eſt āt† æquitas iuſtitia dulcore miſericordiæ temperata, ſm Hoſtiē. in c. fi. de tranſla. prælat. uel eſt benignitas quædā animi impellēs ad aliqd iuſte agendū l nulla. ff. de legib. uel eſt rectitudo iudicij naturalē ſequens rationē l. j. ff. de legib. & l. j. §. quod quis. ff. ſi quis teſt. liber. l. ſcire oportet in §. ſufficit. ff. de excu. tu to. l. ij. §. itē uarus. ff. de aqua plu. arc. alias diffinitiones. tradit Bald. in l. j. col. ij. ff. de iuſti. & iur. & Archiepiſ. Flor. in iij. parte ſummæ, ubi dicit, q eſt rerū conuenientia quæ cūcta coæ quat, & in parib. cauſis paria iura deſiderat lex; uero interpræs eius eſt intellige prædicta de ſimplici & uera æquitate. ſimulata. n. æquitas duplex eſt iniquitas. gl. in cle. j. in uer bo ſanctitatis. de relig. domi. Ad cognoſcē
4 dū; †uero æquitatē Bald. quædā ſcribit, docetq; in l. in emētis. col. j. C. de cōtrahen. emp. & in l. ſi quis ſeruo pſuaſerit. C. de fur. ubi inquit, q ex l. ita vulneratus. ff. ad legē acquil. colligiť iſta doctrina ad cognoſcēdū æquitatē, ut id equū dicať cuius cōtrariū eſt abſurdū, cōperio ēt q Zaſius Germa. in l. nulla, §. de legib. ſcribit, q ad inueniēdū æquitatē non ſcriptā p rationē boni & prudētis uiri nulla melior eſt via quā benignitas, & parabilis moderatio, dūmodo fiat interpræ tatio ſine cuiuſq; iniuria. quo noīe, Seru. Sulp. a Cicer. in v. Philippica pulchre laudať, eius admirabilē iuris ſciam ſcribit fuiſſe in ſentētijs ex æq tate explicādis, ut nō tā iuris q̃ iuſtitiæ conſultus diceret, ut pote medulla iuſtitiæ & quaſi germana ueraque iuſtitia ſit æquitas: ut Budæus & Zaſius in interpretatione l. j. §. de iuſt. & iur. dixerunt. Ea ēt rōne mirum in modū ab eodē Cic. in orationibus extolliť. C. Aquilius. vereor, inquit, de tali uiro ne plus dicā quā vos aut ſentiatis, aut apud uos cōmemorari velitis. quapp hoc dicā nunquā eius auctoritatem nimiū valere, cuius prudētiā pop. Rom. in cauendo non indecipiendo proſpexit, qui iuris ciuilis rationē nunquā ab æquitate ſeiūxit.
5 Iudicē†uero æquitatē ante oculos habere debere, intelligiť non de æquitate a iure informata, de qua in c. ex parte el ſcdo. de offic. de leg. quia eſt idem q ius, qd eſt ſp bonū & æquū d. l. j. de iuſti. & iure, ſed ſimpliciter de æquitate naturalis: iuſtitiæ, ut p Deci. hic & in d. c. ex parte. Abb. tñ & Iaſ. vbique relatus p Dec. ɔ̃riū tenēt. ut Deci. refert, & ſequiť ēt in c. qm ɔ̃ col. ij. de proba. & Mod. Taurin. in l. j. colū. iiij. ff. de iuriſ. om. iud. & in l. qui ac-

cuſare.colum.j.C.de edē. & pulchre
Barb.in d.c.ex parte.el ij.col. iij.no-
ta,inquit,ex iſto tex. ꝙ iudex debeť
ꝓcedere ſm æquitatē informatam a
iure,adducit ēt tex.in d.c.fi.de trāſa.
in l.placuit.C.de iudi.& in l.quod ſi
epheſi.Sicq; inquantū,ait, iudicē ſeq
debere æquitatē,intelligitur de æqui
6 tate informata a iure,quia† iudex nō
debet eſſe clementior lege.§. opor-
tet.in auct.de iud.qđ dicit not. con-
tra illos qui ſe amplecti æquitatem
aiunt præter iuris formam illa.n. nō
poteſt dici æquitas quia deuiat ab eo
quod eſt iuſtū & æquum,cum lex ſit
fundata ſuperatiōe & æquitate c.cō-
ſuetudo.diſt.j. Vt arbitror & ex ꝑ-
7 dictis patet † diſtinguendum eſt.aut
habemus ius ſcriptū & æquitatē ſcri
ptā, & tunc ab eis non eſt diſceden-
dū.c. erit aūt lex iiij.diſt.l. leges.C.
de leg.l.nemo pōt.ff.de leg.j. Et fa-
tuus eſſet qui ſpretis ꝑdictis uellet
ex æquitate capite proprio fabricata
procedere. Aut æquitas & ius deſcri-
pta non reperiuntur illo occurrenti
caſu,& tunc attendiť æquitas natura
lis iuſtitiæ,& ita loqui uidenť Barb.
& Deci.ubi ius deficit,& idem Dec.
in d.c.quoniā contra.col.ij. de ꝓba.
dum inquit,ubi ius ſcriptū deficit ad
æquitatē recurritur,q̄ idem eſt quod
naturalis iuſtitia, ſm Bal.in c.paſto-
ralis.in fi.per illum text.de cau.poſ.
& propr.& ita ēt tenet Card.Alexan.
in c.diſciplina.col.j.xlv.diſt.alleg.c.
fi.in fin.de tranſact.& c.conſuetudo.
diſt.j.& ita intelligi debet iſta mate-
8 ria, quæ oĩa no. Quid aūt † poſſit fa
cere ille,cui data eſt poteſtas & facul
per Alex. Nec eſt veriſimile ꝙ nota-
rij,qui(vt Specu. ait)humani & duri-
uſculi communiter ſunt,inſtrumenta
ſine mercede tradant.Vlterius proba
tur dicta concluſio , quia notarius &
partes rogantes correlatiua ſunt.Ia-
ſo.in d.l.argentarius,ſed correlatiuo
rum eadem eſt iuris diſpoſitio l.fi.C.
de indic.vid,col.partes uero notariũ
cogere poſſunt ad edeñ,inſtrumenta
mercede condigna d, l,argentarius.
cum glo. ergo ſimiliter notarius de-
bet poſſe partes compellere redime-
re & releuare . Ad quod vide etiam
Bar,in l.j.in; §. ludi.ff, de vari.& ex-
traordi.cogn.Saly.ad fi.l.j.C.de edẽ,
Canoni.in c.ſtatutum.in §.notarium
de reſcr.lib.vj.Ang.Are.in §.cum aũt
col,ii.inſtitu.de adop. Soci, in conſi,
ccxlvii.lib.ii. Firmia.in trac.de ga-
bel.in vii.parte principali.Mod,Tau-
riñ.in l.ii.col.ix.C, de eden. Deci.in
cõſi,ccccccliiii.ponentem per quem
taxari ipſum ſalarium debeat,ſi tamẽ
pars ſua non intereſſe dicat,cogi ne-
quit ad leuandum inſtrm̃,per not,Ab
ba.in c.cum p.col,j.de fide iſtrum.&
debet ipſe not. toties mercedem ha-
bere quotiens inſtrumentum leuat .
ut oẽs not.in d.l.argentarius. & in l,
diuortio.in §.uir.in fundo.ff.ſol,ma.
ubi Hercul.Peruſinus & Aquen,in l.
50 patris & filij.ff.de uulgar. Non† co-
gitur tamen inſtrumentum edere in
eodem minime nominato licet inte-
reſſe prætendat, niſi conſuetudo ali-
ter ſe habeat,cum requiratur vtilitas
& mandatum Angel.in conſi.ccclij.
utrum Fely.& Deci.in c.j. de proba.
51 Expenſe† uero inſtrumenti poſt mo
ram debitoris leuati damno ipſius ce
dunt.Dec.in auct.caſſa.colũ.iii.C.de
52 ſacroſan.eccle. Sed an poſſit† no-
tarius inſtrumentũ vel protocollum
per alium non notarium ſcribi face-
re. Et utrum in ſubſcriptione dicere
debeat , quia inueni cum protocollo
meo concordare &c? Fran.de Ramp.
inter conſi.Ang.in conſi.ccclij.teſta
tor.Abb.in d.c,cum p.in fi. Alexã.in
conſi.50.col.iij.& in conſi.xiiij.libr.
iiii.& in l.q̃dã.in §.nihil.ff.de edẽ.So
ci.in conſi.xxiiii,col.x.lib,i.Fel.in c.
inter dilectos.col.fi.de fide inſtr.Lã-
fran,de Oria.in repet.c.quoniã con-
tra,in verſi. ſequitur inſtrorũ produ
ctio.col.vi.Dec. in conſi. ccccxlvii.
dixi poſt Moder.in auctẽti. ſi quis in
53 aliquo.C. de eden. Et† an poſsit
notarius ordinari facere inſtrm̃ per
alterum ex contrahentibus? Cæpolla
in cautela ccxxxi . Et ſi publicauerit
inſtrm̃ antequã illud ſcriberit. an in-
cidat in crimen falſi. Alex.in cõſ. lxx.
54 iiii. cum ſeq.lib. i. Et ſi† dicat de
uoluntate partium inſtrm̃ cancellaſ-
ſe,idque in margine adſcribat , an fi-
des ei adhibeatur. Ale.conſi.lix. col.
pe.& fi. lib.ii.Soci.conſi,cxxvi.Fely.
in d.c,ex literis.Lanfran. de Oria.lo-
co.prealleg.col,vii. Nec debet un-
55 quam† notarius debere , aut tollere
de protocollo teſtm̃ uel inſtrm̃,licet
teſtator uel partes mandent illud can
cellari,deleri,aut lacerari. Bar.& Ale
xan.in l.ii.in §.ſi plura.ff.quemadmo
dũ.teſta.ape.Bal.& Alber, in rub. &
in l.contractus. C.de fide inſtrumen.
Lanfranc.de Oria.in prealle,loco. &
Dec.in c.j,colum. xxvi.de probatio,
Bar,tamen in auc,caſſa & irrita.ad fi.
& Deci. ibidem in iii. col. contrariũ
dicunt,ſed opin. concordari poſſunt
ut dicamus inſtrumenta penes par-
tem exiſtentia ſine cauſa eſſe laceran
da & parti reſtituenda, notarium ta-
men de protocollo ſuo id facere non
debere,ita loqui uidentur ſcribentes
in locis prealleg.
56 Quod ſi† negetur quis notarius an
probandum ſit,& q̃uo.Bal.in conſil.

cccxxix.lib.i.Anchar. conſi.ccxiij.co
lum.ij.Fulg.conſi.clj.col.j.Alexā.cō
ſil.cxxxviij.uolu.j.& conſi.lxxiij.ad
fi.lib.vj.& conſ.cj.colum.ij. libr.vij.
& conſ.clxxxiiij.col.iij. & cxcviij.in
eodem.Socin.cōſ.xxxiij.lib.j. & cō.
xxxvj.col.quarta.lib.ii. & conſ. xcv.
char.i.lib.iii.Corne.conſi. clxxi.col.
ii.lib.i.Fel.in c.i.col.vi.de fid. inſtru.
Iaſ.in l.barbarius.col.x.ff.de offi.pt.
& in l.de quibus.ad fi.ff.de legibus.
Roch.de Curt. in tractā. de conſuet.
fo.trigeſimo.& Dec. pulchre in cōſ.
xi. col.vi.&in cōſi.36.& xlii. colū.i.
Alci.in præal. tractatulo de præſum.
in xiii.præſum .tertiæ regulæ. Et in
dictione iſta Sabaudiæ.extat Ducale
decretum in materia diſponēs in qua
57 drageſima char. Inſtrumēto † autem
longinquis partibus allato non cre-
dit.ſi ignoretur an recipiēs ſit nota-
rius, niſi adſint literæ teſtimoniales
de legalitate notarii.Pau.de ca.per il
lum tex.in l.ii.in fi.C.ubi de ratioci-
na.agi opor.& in conſi.cccxciiii. pra
cti.Papi. in forma libel.oppo.contra
inſtrumenta in gl.non fuit. Fel.in c.
i.col.vi.de fide inſtru. Matth.de Af-
fli.in deciſi.regni.ccli. & Mod. bon.
in l.ſi quis tui quæſtio.col.xxii. cum
ſeq.ff.de quæſt. Nec poteſt notarius
58 de his † quæ per iudicem expedien-
da ſunt,ſe impedire. Aret.& Fel.in c.
tuis.colum.fin.de teſti. Lanfranc.de
Oria.loco præalleg.in uerſi. teſtium
depoſitiones in x.quæſt.Iaſo.in l.ui-
deamus.in §.deferre.ff. de iureiuran.
ubi concludunt contra Anto.de But.
non poſſe notarium in præſentia iudi
cis,abſque illius mandato teſtibus iu
59 ramenta deferre.Et ſi † notarius atte
ſtetur ſanam mentem,aut ea quæ tē-
pore confectionis actus interuenire
non potuerūt,nō creditur ei.Ale.cō.
pe.ad fi.lib.i.& cōſ.lxxxv. ad finem
vol.ii.& Ferra.Brixien. in ſuis caute
lis in ultima. At an notarius com-
60 putetur † in numero teſtium,uel a pā
ri procedat. Bald.in conſi.cccxlv. lib.
iii.Alex.conſi.cliii.col.fi.uol.ii. Soci.
conſi.cxliii.col.ii.lib.i. & ſcribentes
in l.domitius labeo.ff. de teſtament.
61 † Et an ab utraque parte rogatus
eſſe debeat.Alex.conſi. cx. colum.ii.
lib.ii.& in princ. l.prętor ait. ubi ēt
Iaſ.ff.de eden.& Abb.in c.i. col.quar
ta.& v.de fide inſtru. Et ſi uerba in-
62 ſtrumenti † ambigua ſint. ſtatur de-
clarationi notarii. Alex.conſi.cxlvi.
col.quarta.in v.uol. & ſemper uerba
inſtrumenti ſi ambigua ſint,trahunt
ad ſenſum, quo ſuſtentatur non quo
deſtruitur inſtrm̄.Bar. in l.ſi quis fi-
liabus.ff.de teſt.tut.Fel.in c.ſi diligē
ti.col.quarta.de foro compe. Item
64 notarius † acquirit nobis utilē actio-
nem ſine ceſſione,ſecuta tn̄ ratifica-
tione,quicquid aliqui dixerint,ſecun
dum cōem doct.opi.quā totus mun-
dus obſeruat.Ang.conſi.lxxi.ſtatuto
Aret.conſi.xcv.reſpon.ad fi.Cor.cō.
50.col.iii.lib.i.& conſi.cxi.col.vi. li.
ii.& conſi.clxii.col.pe.Dec.in conſi.
ccxxvi.ccxxxv.ccccviii.colū. quarta.
ccccxxxii.colum.fin.cccclxxxvi. &
dclxi.& in l.contractus.in quinta li-
mit.& in l.quo tutela.in §. nec paci-
ſcendo.& in l.ſemper.in qui non prohi
bet.colum.fi.hoc noſtro titu. & per
Cur.Iun.in conſi.lv. & cxx. Nota-
64 rius † autem recipiens inſtrumen-
tum renunciationis alicuius, qui ſe
talem denominat cum tamen nō ſit
excuſatur, pulchre Deci. In auten-
tica ſi quis in aliquo.colum.fina. C.
65 de edend. Quod † quidem no-
tariatus officium non poſſunt exer-
cere fratres minores, licet in teſta-
mento . teſtes eſſe poſsint, ut per
Decium, in capitulo decernimus.
colum. nona . de iudic . inſtrumen
ta . tamen prius recepta leuare, &
extendere non prohibent. Bald.in l.
alienationes.ff.famil.erciſc. & in l.j.

C. de teſtam. & per Spec. in ti. de ſta mō. in §. j. uer. xxvij. quæritr. &c. Et ſi
66 † notarius cōdemnatus fuerit de falſo. utrum poſtmodum inſtrumenta conficere poſſit, ſi in ſnīa pronunciationis falſi commiſſi arte notariatus expreſſe non fuerit priuatus. Ang. in trac. malef. in uerb. falſario. Bar. in cō ſi. clxxiiii. inſrā uero cōfecta ante cō demnatiōnē de falſo ſubſiſtunt, & ualent. Bal. in l. ii. & in l. in exercendis. C. de fide inſtr. Paul. de ca. in conſil. cciii. inci. ponit. In antiquis Io. Miſſ. in ſua ſummula, in uerb. notarius. & per ſcrib. in l. barbarius. ff. de offi. p̄to. Et ſi notarius creatus fuerit per regem nō poterit extra regnum inſtra conficere. Brixien. in reperto. ſuo, in uerb. iuriſdic. in fi. Bal. & alii in l. fin. ff. de iuriſ. om. iud. Fel. late in d. c. cū p. dū examinat quis poſſit creare no-
67 tarios. Quid ſi† ſtatutum prohibeat notarium nō collegiatum inſtrā in ciuitate recipere an inter forēſes de cō ſenſu partium, poſſit inſtrumenta recipere, & quid ſi ſtat. vlterius nō procedat annullando, an recepta ſub ſiſtant, & quid ſi iuramento ſint firmata. Bald. in l. receptitia. in fi. C. de epiſc. & cle. Paul. de ca. in cōſ xcviii. incip. notan. in antiq. Ale. conſi. xliiii. col. pe. lib. v. & cōſi. xviii. libr. vj. ubi ponit not. cautelā. Soci. cō. lxxix. col. ii. lib. quarto. Fel. in c. cum p. col. fin. de fide inſtru. Iaſ. cōſi. lxxx. col. pen. li. iii. Ripa reſponſorum iii. c. ix. Dec. in §. i. l. in ambiguis, ſupra eod. Brixien. pulchre in ſuo reperto. in uerbo not. & Firmi. etiā in repert. in uerbo, notarius quis eſſe, & Fel. in d. ca. quoniā contra. col. uigeſima. ubi ſi nō collegiatus receperit inſtrm tpe peſtis qn̄ alius notarius hēri non potuit, an ualeat docet. de quo latius per Rip. in trac. de peſte. & Mod. Aſtē. in trā c. de forma. ſub rub. de poten. & effect. for. char. lxiiii. col. ii.

68 Et ſi uigente prædicto † ſtatuto inſtrm fuerit receptum p no. nō collegiatū in eccleſia, an probet ualidū q; ſit? quidam affirmatiue parti adhe rent, & fraudem ſtatuto facientes inſtrumēta recipi procurant per nota. non collegiatum in eccleſia cum eccleſia dicatur eſſe extra territorium laicorum ſtatuentium, ut in tit. de im mu. eccle. not. Ange. in § fi. in auc. ut lice. mat. & auiæ. & in tracta. malefi. in gl. in ſcalis. ad fin. j. q. Vel ſaltē ſit locus exēptus, & paria ſint eſſe extra territoriū, & eſſe exemptum c. cū epiſcopus de offic. ordin. in vj. & tradit Deci. in l. fi. col. j. ff. de iuriſd. om. iud. ſtatutum autem extra territoriū effectū non porrigit, nec comprehendit actum factum extra territorium, iuxta late tradita in d. l. fin. & in c. ut animarum. in §. j. per illa iura. de cōſtitutio. lib. vj. & late Moder. Bonon. in l. de minore. in §. plurimū. col. vj. ff. de quæſt. Sed oppoſitum uerius arbitramur, quicquid ſentiat Dec. loco
69 præal. quia † & ſi locus eccleſiæ exēptus ſit, remanet tamen de territorio ſi non exēptus ibi delinquat uel con trahat. l. ſi quis in hoc genus. C. de epiſ. & cler. ſicuti eccleſia exēpta remanet de dioceſi, ut per Io. in c. ſi pp. in nouella, de reſcr. in vj. & poſt Ancha. ſequit Ale. in cō. cxj. col. j. uol. j. & ꝙ eccleſia intra territoriū ſit, quāuis locus ſit exēptus, tradit Bal. ī l. etiā. co. lū. pe. C. de exce. rei iud. & Phil. Frā. in c. j. §. j. col. tertia, & quarto de cōſti. in vj. facit, quia clerici non dicunt forenſes, licet non ſint ſubditi laicis ſtatuentibus, ut per Dec. in conſi. ccccclxxvj.
70 Et ſi copiam † alicuius auctenticæ ſcripturæ parti dederit, collattionatam; & ſubſcriptam; (ut aiunt) nō facit fidem talis copia, niſi producat originale per regulam. auctē. ſi quis in aliquo. C. de edendo. & glo. in l.

ij.ff.de ſi.inſtr. Et ſolẽt in inſtromẽ-
71 tis notarij dicere † actum, &c. ad de notandum.rem eſſe perfectã Pau.de ca.in conſi.ccclxij.col.ij. in antiquis. Alex.in cõſ.xiiij.lib.vi. Bolog.in cõ. lii.Brun.aſten.in trac. de forma. fol. xxxii.colum.ii.dum loquitur de rogitu notarii.

72 Et denominatur † actus, ab hora in qua finitur,ideo notarius dicere debet actum die tali, ponẽdo diẽ actus finiti, ut tradit in l. ſi quis eñ. in §.i. ff.de uulg.& per Inn.in c. conſuluit. de offi.dele. Nec debet ponere noctẽ ſed diem. Bal.in l.fi.C.de his quib.ut indign.dicere tñ poteſt, ut quotidie fit,hora ſecunda uel tertia noctis exiſtentibus tribus luminaribus puta, iuxta no.in l.nõ minorẽ. C. de trãſa. & in l.ſtipulationes .ff. de uer.oblig.

73 Et ſi notarius † ſit extra clauſuram ſiue garzale monaſterii recipiens inſtrumentum de contractu facto cum monialibus quæ in monaſterio ſunt, dicere poteſt actum in monaſterio licet ipſe ſit extra Alexã.in l.plerique ad fin.ff.de in ius uoc. Neque de-
74 bet † notarius recipere inſtrumẽtum niſi de his quæ duobus ſenſibus percipit,uiſu.ſ. & auditu. In aliis uero quæ ſcribit non habetur loco notarii,licet teſtis de omni ſenſu corporeo deponere poſſit. Bal. in l.ii ad fi. ff. de fer.

75 Et † ſi apoſtillauerit inſtrumentum , aut protocollum, an quomodo,& qñ probet. Bartol.in l.i.ff. de his quæ in teſta.delen. Anch.in conſ. ccccxxxi. Alexañ.conſ.xiiiſ.lib .vi. & in l.ſi unus.C.de teſta.Ioan.de anan. in conſi.xxxviii. Franc.de curt.in cõ. cxlv.col.antepe.Abb. & alij in d.ca. ex literis.

76 Et † ſi receperit inſtrumentũ die feriato,in honorem dei,ualet. Abb.in c.fina. column.v.de fer. & etiam iuramenta ibidem appoſita quicquid ſentiat.Abb. ut conſuetudine introductum eſt, quemadmodum ſcribit Caieta.in ſua ſumma,in uerbo, in fe-
77 ſto prohibita. † An autem & quãdo ualeat pactum uel ſtatutum, ꝙ ſolutio uel talis cõtractus ꝑ inſtrũm tm̃ probari poſſit, & non per teſtes tradunt Rom.in ſing.204. dubium eſt. Anch.in conſi.cccl.Fulg.conſi.ccviii. Cæpollam,caut.ccl.cum ſeq.Ale.conſi.lxviii.uol.iii. & cõ.lviii. in quarto. & conſi.l.& cii.in quinto.Barb.cõſi. xix.j.uol.Iaſ.in l.ubi pactũ. col.v.C. de trãſac.& in auct.iubemus. colum. i.C.de,iud.& Deci. in ii. charta ulti-
78 ma de iud. † Et tanquam ab igne caueat notarius,ne atteſtetur realem numerationem,uel traditionem, niſi interuenire uideat,ut per Felyn.in c. ſi cautio.col.xvi.& ſeq.de fid. inſtru. Corn.conſ.lxi.lib.iii.Iaſ.in l ſingularia fol.ult.ff.ſi cert.peta.ubi Dec.colum.fi. Et ibi inuenies. an conſuetudo excuſet notarium a falſo. Et ex ibi dictis credo, ꝙ licet notarius in inſtrumento dicat talem conſenſum eſſe habuiſſe,& recepiſſe prout re uera habuit & recepit in præſentia mei not.& teſtium ſupraſcriptorum ſcutos centum puta, in falſum non incidit quãuis probet pecuniã tunc ibi numeratam non fuiſſe tãtæ quãtitatis,quia dũmodo notarii uideant numerari pecunias nõ ſolent penitus,& ad unguẽ inſpicere an ſint præciſe illius ſummæ & quantitatis, ſed ſtant relationi partium quarum intereſt, in talis conſuetudo excuſare uidetur notarium a pœna falſi; & a quauis alia per prædicta.

79 Et ubi † notarius debet cum tali ſolennitate & forma inſtrumentum conficere actu alias remanente inualido ex diſpoſitione ſtatuti, non probabit quamuis iuratum ſit, licet contractus iuratus per teſtes probari poſſit.Pau.de caſt.in conſi.xcviii.incip.

notandum. in antiquis. & in l. ſerui. filii. in §. eũ qui chirographum. ff. de leg. j. & per Socin. in conſil. xcvij. uolum. primo.

80 Et inſtrumentũ† cõfectũ per notarium publicũ dr̃ probatio probata & non probanda, ac ueritas apparẽs euidentiſſimeque conſtare dicit illud de quo extat inſtrm̃, cum uetum ſolenneque præſumat alio nõ apparente nec probato l. & ſi poſt diuiſionem C. de iuris & facti ignoran. l. fin. C. de edic. diui Adri. Toll. Bal. in l. ij. C. quando fiſc. uel priu. Curt. Sen. late in repe. l. admonendi. colum. xiiij. ff. de iureiurã. Dec. in c. licet cãm. in xiij. not. & in c. cum ſpeciali. in §. porro. col. i. de app. Iaſ. in princ. l. j. in vj. col. ff. de no. oper. nunci. Pau. de caſt. in conſi. cccxxiij. col. j. in antiquis. Barb. in cõſ. xlij. col. quarta, & ſeq. lib. j. Dec. in conſil. clxxxiii. ccccclxxiiii. colum ij. & dclxxxij. & per Alcia. loco præalle. in xiii. præſump. iii. regulæ. Et quamuis matrix & origi-

81 nalis† ſcriptum notarii non reperiat fidem non perdit inſtrm̃ leuatũ. Bal. in rub. C. de fid. inſtru. col. ix. Paul. de caſt. in conſ. cccxxx. Fel. in c. cũ p. coſũ. i. de fide inſt. & Aquenſ. in auc. ſi quis in aliquo documento. colũ. i. C. de eden. Ad hæc autem ut ipſum

82 †inſtrm̃ probet continere debet nõ ſolum locum in genere, uerũetiã locũ loci in ſpecie, maxime ex conſuetudine generali. ut per doc. in c. i. de fide inſtr. Ang. in conſ. ccxx. incipiẽ. ad hoc in nouis. Paul. de ca. & alios, in l. de pupillo. in §. qui nunciat. ff. de operis noui nuncia. Philip. frã. poſt alios Cano. in ſabbate fane. colum. ſ. de re iud. in ſexto. & in data ipſius libri ſexti. & Alex. in conſi. lix. colũ. ii. in ii. uolu. Aliud uero eſt inſtru-

83 mentum† aliud contenta in inſtrumento Fel. in c. cum uenerabilis. colum. vii. de except. & in c. capitulum ſanctę crucis. col. xv. de reſcri. Bal. in l. alia. colum. ii. C. de his quib. ut ind. ubi pulchre loquitur. inquiens, ꝙ ſi quis confiteatur non contentũ in inſtrumento negotium, ſed ipſum inſtrumentum. quod inualidum reperitur, quemadmodum non ſubſiſtit in-

84 ſtrumentum, ita non† confeſſio. De regiſtro an probet, & ſic utrum ſufficiat producere regiſtrum, tradũt Fely. in c. fi. ad fi. de fide. inſtrument. & Lanfranc. de Oria. in repet. d. c. quoniam contra. in uerbo, ſequitur inſtrumentorum productio.

Iam ſatis prata bibere.

SVMMARIVM.

1 *Hæc regula in peculio profectitio etiam hodie procedit.*

2 *Quicquid acquirit filius uel ſeruus patri, & Domino acquirit. Et hoc immediate nume. 6.*

3 *Seruus & filius in acquiſitione quomodo differant.*

4 *Hæc regula, non procedit in peculio caſtrenſi, nec aduentitio.*

5 *Nec in detentatione.*

7 *Verbum uidetur, ueritatem importat.*

8 *Omne poſſeſſorium eſt triplex. Et quomodo intelligitur.*

L. XCIIII. Metianus.

Filiusfa. neque retinere neque recuperare, neque adipiſci poſſeſsionem rei peculiaris uidetur.

Svmitvr ex ll. per gl. hic alle. Et quicquid ſentiat Dec. hic in prin. ibi not. ꝙ iſto iure. & circa finẽ uer. & regula limitatũr, ut hodie nõ procedat. hunc textum male intelligens.

1 Dico† regulã noſtram in peculio ꝓ-

ſtitio,prout loquitur adhuc hodie incorrectam eſſe,quia in tali peculio ex eoque acquiſitis per noua iura nihil immutatū eſt.§.j.cum no.,ibi per Ang inſti.p quas perſo.nobis acqui.

2 Notandū igiť ex iſto tex.eſt, ꝙ ſicuti ſeruus dño,ita filius pri oïa pter caſtrenſia acquirebant,adeo ut nec momento ſubſiſterēt in pſona filii.,l.placet.ff.de acqui hære. & idē eſſe reſpectu poſſeſſionis, ut hic uult iuriſcõſ. acquiſitio.n.q oïa fit ex capite,& iure patriæ ptãtis fit, miniſterio legis ſine facto hoïs,quod nõ eſt regulariter in aliis caſibus in quibus ex perſona alterius accipere quis debet,ſecũdũ Are.in princ.d.l.placet, ideo incõtinēti fit,& pri ēt ignorãti ex cãpeculiari, quamuis ab alio poſſideať l. quicquid.ff.de acquir.poſſ. Dňiaq; eſt

3 in hoc inter filiũ & ſeruum , quoad acquiſitionē , nã acquiſitio quã facit ſeruus,fit medio poſſeſſionis ipſius. l.i.§.ſed per eũ ff.de acq.poſſ.merito nobis nõ acquirit poſſeſſio ſi ab alio poſſideať,ſed acquiſitio q fit per filiũ,non cãtur medio poſſeſſionis ipſius filii,cum perſona libera a ſciēte poſſideri nõ poſſit.§.fi. l.cũ hæredes ff.eo.ti.ſed fit medio iuris patriæ poteſtatis,quę ſemper durat,licet filius tanquam ſeruus ab alio poſſideať, ſecundum Are.in d.l.quicquid.

4 In peculio uero caſtrēſi aliud eſt, & in aduētitiis erit ēt hodie aliud.Iura.n.antiqua correcta ſunt.l.cũ oportet.C.de bon.quæ lib.& inſti.p quas perſ.no.acqui.§.j. cũ ibi no.per doc.

5 Nec ēt procedit hæc regula in detētatiōe & tenuta quæ meri facti eſt, iſta.n.remanet penes filiũ, nõ penes patrē ut hic p Dec.& Are.in d l.placet.ad fi. j.col.Dũ generaliter cõcludit,ꝙ in his q meri facti ſunt, put eſt implemētũ cõdõnis, & in quibus factũ pſonę cohęret,tale factũ dño uel patri cõicabile nõ eſt,nimirũ ergo ſi patri nõ acquiriť. Faciunt no. p doc. in l.j.in gl. in uerb.uarios.ff.ſi cer.pe. & p Dec i cõ.cccii.col.quarta.& ſeq. Prædictis adde ēt Aret. ſubtiliter loquentē in l.cũ filio.col.ii.& vi .ff. de leg.i ubi ponit talē acquiſitionē fieri,pri,licet pteſteť ꝙ nõ uult rē ad ſe ptinere., cũ non poſſit derogare iuri patriæ ptãtis,cuius medio fit acquiſitio,de quo latius dixi in l.inuito. ſupra eo.ti. Et quēadmodũ poſt Raph.

6 uult ibi Are,oïs acquiſitio q fit p tales pſonas,non acquiriť primo ipſis, & de ipſis trãſit in patrē uel dñm,ſed immediate p eorũ miniſteriũ creať in pſona dñi, uel pris ita ut nullum ius acquirať quærēti: ſed ſolũ cauſeť in pſona dñi uel patris quibus fit acquiſitio qđ per multa iura pbat Are ti.ibi in vj.co.& ſeq.Ex quibus patet

7 uerbũ, ur,in hac regula poſitũ,ueritatē potius quã fictionē referre, put alias plerunque,ut dixi in l. nõ uidetē cœpiſſe ſupra eo.tit.

8 Secũdo ex iſto tex uř principaliter colligi poſſe, toē poſſeſſoriũ eſſe uel retinēdæ,uel recuperãdę,aut adipiſcēdæ,ad idē.§.ſequēs.inſt.de inter.ubi imperator,late pſequiť , ſed uř addi debere quartũ vz cõſeruãdę,de quo in l.iij.in §.miſſum,ff.de car.edi.& in l.j.C.eo.ti.ideo Bal.in §.fi.in ti.de p hib.alie.feu.p Fed. arguit imperatorē fuiſſe diminutũ in d.§ ſequēs. Pro ſol.uide Ale.& Mod.in d.l.j. & Ripã in rub.de cã po.& ppri.ubi cõludũt ꝙ interdicta poſſeſſoria ſunt tria. d. § ſequēs.iudicia plura,& iſtud cõſeruãdæ diuerſũ eſt ab illo retinēdæ eſtq; extraordinatiũ & iudicium , non interdictum ideo,&c.

SVMMARIVM.

1 *Abundans cautela non nocet, & quomodo procedat.nu.2.*

3 *Solemnitas quæ non requiritur, ſi exprimatur, ſed inepte non nitiat.*

L. XCV. Vulpianus.

Non ſolent, quæ ſuperabundant, vitiare ſcripturas.

SVPERABVNDARE, ſuperfluere, & ſuperuacaneum eſſe, ſinonyma vñr, ſupereſſe uero, aliud eſt. Gel. pulchre. c. xxij. lib. j. De hac regula plura dixi in l. quæ dubitationis. & in l. eſt ꝙ iura ſupra eo. & ſunt diuerſę regulæ ut occurramus arg. euitandæ ſuperfluitatis iuxta. §. quibus in conſti. C. loquitꝰ illa ubi expreſſiõ facta fuit dubitationis tollẽdæ cã. hæc in ſupabũdãtibus q nõ uitiãt. Hinc defendit
1 uulgatũ de † abundãti cautela ꝗ non nocet. l. teſtm̃. C. de teſt. ubi gl. hanc regulã & alia ꝗdã citat. Quod intelli
2 gas † niſi ſuperfluitas uitioſa eſſet, ut quia ꝯ naturã & formã actus, ſicq; inſeparabilis eſſet, tunc. n. uitiat & non uitiat l. actus. ubi dixi ſupra eo. & ĩ d. l. ꝗ dubitationis, not. Rimi. & alij ĩ d. l. teſtm̃. De quo quidẽ ĩculcationis uitio, uide l. ꝗ extrĩſecus. ff. de uerb. ob. & l. certi ꝯditio ĩ princ. cũ no. ff. ſi cer. pe. Et facit hæc regula ad illud bro-
3 chardicũ, ꝙ † ubi aliqua ſolẽnitas nõ requiritur, uel cã exprimi non debet, ſi adhibeatur aut exprimatur, ſed inepte, ꝙ non uitiat. de qua materia late ꝑ Fel. in c. cum ordinẽ. in primis col. de reſcrip. & in c. examinata. de iudi.

SVMMARIVM.

1 *Verbum, ſoluere, quid ſignificet.*
2 *Verbum, ſolutionis ſimpliciter prolatum intelligitur de ſatisfactione.*
3 *Condemnatus in amputatione manus niſi. 100. perſoluerit, an liberetur datis fideiuſſoribus.*
4 *Hæc regula quãdo non procedat. & nume. 5.*
6 *Soluendo intelligitur qui idonea pignora paratus eſt dare.*
7 *Et qui nomina debitorum habet.*
8 *Soluendo nõ præſumitur cuius bona ueneuntur.*
9 *Soluendo in dubio an quis præſumatur.*

L. XCVI. Vulpianus.

Nemo dubitat, ſoluẽdo videri cum qui defenditur.

PONDERA uerbum uideri, quod
1 improprietatẽ denotat. Soluere † aũt proprie religare eſt, iuxta illud Virg. Soluite me pueri &c. Sed quoniãqui debent obligati ſunt creditori, ſoluere etiam, pro debitum reddere uſurpamus. Hinc per metaphoram ſolutionis uocabulum ad oẽm liberationem quoquomodo factã transfertur, magiſq; ad ſubſtantiam obligationis quam ad nummorum ſolutionẽ, unde ſoluere pro ſatisfacere uſurpamus l. ſolutionis uerbum. ff. de ſol. & l. ſatisfactio illo eod. tit. dum ait, ſatisfactio pro ſolutione eſt. habet ẽt alios ſignificatus uerbum ſoluere, ut apud poætas, hiſtoricos, & oratores habet.

Ratio præſentis regulæ eſt, quia ſecundum ueteres regulas alienæ rei nemo idoneus fideiuſſor ſine ſatiſdatione intelligere. §. pe. inſti. de ſatiſd. alium igitur defendẽs pro defenſo ſatiſdat, qui ex quo fideiuſſores habet, a quibus exacturus eſt, creditor non eſt mirũ ſi quantum ad creditorẽ ipſum ſoluendo uideri dicatur. maxime
2 cũ † uerbũ ſolutionis, ſimpliciter ut dixi prolatũ, non intelligatur de ſolutione nũmorũ tm̃, ſed de ſatisfactione. d. l. ſolutionis, & l. ij. in. §. j. ſi cert. pet. & dixi ẽt ĩ l. plus cautionis ſupra eo. Ille autem dr̃ eſſe ſoluẽdo, qui ſolidum ſoluere põt. l. ſoluẽdo ſupra titu. j. per ſe uel per alium. ſ. quia habet fideiuſſores puta, ſecundum glo. ibi, per hãc regulam. Quapropter cũ aduerſus furem lex det fulloni actionẽ

ſi fullo ſit dño ſoluendo niſi ſolidum præſtare ualeat nō dabitur ſibi actio. l.itaq;.ff. de furt. ne compellatur dñs ex uno iudicio duo facere, ut uidelicet contra fullonem ex locato agat, & quāto minus conſequeretur aduerſus furem contradicat, id.n. eſſet eidē damnoſum. Qui igitur idoneos fideiuſſores habet ſoluēdo eſſe dr̄. Et ſic deciditur quæſtio hic tacta per Bart.
3 ꝙ † condēnatus in amputatione manus niſi centū perſolucrit, liberandus ſit datis idoneis fideiuſſoribus, ꝑ hāc regulā. & ita uoluit ipſe Bart. in l.itē liberat.in.§.j.ff.quibus mod.pig.uel hyp.ſol.& ſequitur hic Deci. Sed uerius eſt oppo.quia pecuniaria requiritur ſolutio, ut ꝑ eundem Bart. in l.j. ff.de cuſt.reo.& per Iaſ.poſt Bald.in l.j.col.j.ff.qui ſatiſd.cog. & Mod.de Fano.in tract.de pig. in v.parte prin. col.j.& Soc.conſi.xciij.uol.j. Probaturq; ꝑ ea quæ ſcripſi in d.l. plus cautionis.quia cū uerbū ſoluere, radijcia tur quātitati & pecuniariæ præſtatio ni, prout in qōne.Bar.hic, itelligitur de pecuniaria ſolutione, ut ibi diximus. Ex quo patet ſol.ad arg. ex iſta regula ſumptū, quia loquitur de ſolutione ſimpliciter, quæ ut dixi pro ſatisfactione capitur.qō autem Bar.de ſolutione quātitatis uel pecuniæ quæ uerificari non pōt in datione fideiuſ
4 ſorū. Habes igitur ex prædictis † declarationem cum limi. ad præſentem regulā, ut intelligatur qn̄ in l.ſit mentio ſimpliciter de ſolutione, ſecus ſi de ſolutione pecuniaria, quia intelligi non poſſet, neque uerificari in da-
5 tione fideiuſſorum. Limita † & ſecundo iſtā regulam ut ſubtiliter per Bar.in d.l.j.ff.de cuſt.reo.dū reſpon. ad regulam iſtam. Et quemadmodū ſoluendo eſſe dr̄, qui dat fideiuſſores
6 idoneos, idem † eſt in eo qui idonea pignora paratus eſt dare, per d.l.plus cautionis.cum ibi dictis. Soluendo etiam dr̄ ſecūdum Dec. hic, † qui in 7
nominibus debitorum æs ſuū habet, modo idonei ſint & bonā fidē agnoſcant ut per Alex.in l.facere.ff.ſolut.
8 mat. Sane is † cuius bona uenduntur, minime ſoluendo præſumitur.l. tres tutores.in fi.cū ibi not. per Bar. ff.de adm.tut.ſecundum Deci.cuius dicta ſimpliciter ſequitur Alcia.in d. l.ſoluendo ſupra titu.j.in dubio autē
9 † quis præſumitur eſſe ſoluendo, ſecundum gl.in c.bonæ memoriæ.el j. in uerbo, naturam.ad fi.de ele. quam ſequitur ibi Panor. ſed glo. uidetur mihi contrarium ſentire, dum in fin. citat,l.ex perſona. C. de probat. quæ uult ꝙ aſſerens quem fuiſſe ſoluendo probare debet, ergo non præſumitur ideo uide Bar. Iaſo.& alios, in l. ſi nero.in.§.qui pro rei.col.fin.qui ſatiſd. cog.concludentes cōiter poſt gl. ibi, ꝙ fundans ſe in paupertate uel diuitijs id probare tenetur tanquam fundamentum intentionis ſuæ. Et illud cōe dictum quemlibet præſumi idoneum, intelligi reſpectu morū & bonitatis a natura inſitæ, non quantum ad facultates quæ a fortuna ueniunt.

SVMMARIVM.

1 *Verba ambigua in inſtrumētę poſita declarantur per notarios.*
2 *Hæc regula quando habeat locum in cōtractibus.*

L. XCVII. Metianus.

In ambiguis orōnibus maxime ſententia ſpectanda eius eſt qui eas protuliſſet.

SVMITVR ex ll.in gl.alle. Verbū illud maxime, ſm gl. reſpicere pōt primā & ſecundā partē legis. Tu ſecūdā partē dicas determinare, nō primam, qa ſi orō nō eſſet ambigua, ſed clara,

declaratione opus nõ eſſet, nec coniectura l.continuũ.§. cum ita:& aliis ibidem allegatis.ff.de uerbo. obliga. Exemplificari poteſt iſta regula mutipliciter, ut hic per glo.& latius exempla glo. proſequitur Deci.hic: & plenius in c. cum ueniſſent.de iudi.& in c. cũ eccleſiaſticæ.de except. ubi et alij ſcribentes.& per docto.in l.fi.C. de legi.& in l. ex facto. ff. de uulg.poteſt exemplificari pariter in
1 † ambiguis orõnibus poſitis in inſtrumentis per notarios,ut ſtetur interpretationi & declarationi ipſorũ, ut in teſte. c. cum clamor de teſti. & latius dixi in l. ſi librarius ſupra eod.
2 nume.62. In contractibus † regula iſta locum non habet,immo opp.uidetur debere ſeruari, ut contra eum qui uerba obſcure protulit interpretatio fiat, ſecundum gloſ. per l.ueteribus.ff. de pact. in ſuperioribus per me exornata: facit optime text.in c. contra eum.de regu.iur.in vj. Hocq; uerum eſt ſecundum Alber. hic ſi poteſt ſecundum intellectum utriuſque ualere; alias pro ualiditate actus fit interpretatio l.quoties.de uerb.obligat.& de uer.ſig. Poſtremo de differẽtia ambigui,& obſcuri, & de triplici ambiguitate, uide quæ ſcripſimus in l.ſemper in obſcuris ſupra eo.

SVMMARIVM.

1 *De portare quid ſit.*
2 *Proſcribere quid ſit.*
3 *Deportatus nõ habet hæredem fiſco volente bona; aliàs ſecus.*
4 *Ius accreſcendi an habeat locum in fiſco hærede.*
5 *Vbi bona confiſcantur id ipſo iure non fit ſed per ſententiam.*
6 *Bona futura nõ ueniũt in cõfiſcatione.*
7 *Bona hodie non confiſcantur, niſi in crimine læſe maieſtatis. Et vide alias limit. nume. 8.*
9 *Bonis confiſcatis quomodo filÿs prouideatur.*
10 *Feudum confiſcatum cui applicetur.*
11 *Bãniti an æquiparentur deportatis, vel relegatis.*
12 *Indulgentia principis pœnam remittit, ſed bona non reſtituit.*
13 *Indulgentia principis an habeat locum in preiudicium tertÿ, Et quomodo verba concipiantur vt bona recuperet.*
14 *Indulgentia principis in crimine læſæ maieſtatis non valet niſi motu proprio.*

L. XCVIII. Hermogenianus.

Ea ſola deportationis ſentẽtia aufert, quæ ad fiſcum perueniunt.

PRO declaratione legis & materiæ uidendũ hic eſſet, quid ſit interdicere, relegare, deportare, & proſcribere, & quõ differant, ſed quia de his habemus tit. ſpeciales.ff.de interd. rele. & depor. & de bonis proſcrip. paucis
1 contẽtus ero. Deportare † eſt de loco portare, ſiue extra portare, hoc eſt ponere extra ea q̃ ſunt iuris ciuilis.l. quidã ſunt.ff.de pœn. Bart.in l.relegatorũ.ff.de interd.& releg. Et hæc deportatio hodie ſucceſſit loco aquæ & ignis interdictionis.l.iii.ff. ad leg.iu. pecu.l.gallus.§.& quid ſi tm̃.cũ glo. & ibi doc.ponũt.ff.de lib. & poſthu. & cuius auctoritate fiat, tradit Spec. in tit.de rela.in.§.iii. Iterum not.eſt hanc pœnã deportationis hodie non eſſe in uſu, ſed eſt imponenda alia arbitrio iudicis, ita Imo.in l.ii.col.ii.ff.
2 de pub.iud. Proſcribere † ut declarat Vulpia.in l. ſed & ſi pupillus. 1.§. j.ff.de inſti.eſt claris literis, ut de plano recte legi poſſint, ante tabernam, uel ante eũ locum in quo negotiatio exercetur, nõ in loco remoto ſed euidẽti, quid proponere. Sed aliter accipitur in propoſito noſtro, vz pro dã-

pare. Ideo in rub. C. præalle. dr̄ de bonis ꝓſcriptorū ſeu dānatorū. tractū eſt aūt ab eo qđ Vulpia. loco palleg. dixit quia proſcriptorū noīa pro roſtris ponebantur. Et ſcđm Alb. in dictionario in uerbo proſcribere proſcripti proprie dicūtur qui corporaliter non damnantur, uerū eorum bona publicantur, ut patet, dicit ipſe, in ti. C. de bo. proſcri. Sed melius declarat M. Cic. in orōnibus ſuis. quid aūt, inquit, eſt proſcribere, uelitis, iubeatis, ut M. C. in ciuitate nō ſit, bonaq; eius ut mea ſint. ita. n. fecit (ait) ſi alijs tulit uerbis, ex quo patet proſcriptionem afficere ēt perſonā cum extra ciuitatē & prouinciā ſæpe proſcriptus eijciatur. Redeundo modo ad text. noſtrū oppo. ꝯ ipſum, nā per deportationem oīa fiſco applicari ụn̄r. l. deportatorū. de pœni. & l. deportati. C. de bo. proſcrip. ergo ſnīa deportationis oīa aufert, cuius cōtrarium ụr uel le hic text. in illis uerbis, ea ſola &c. Glo. ponit duos intellectus cōiter tenetur ſecundus, ꝙ quę non ſunt fiſco applicanda per ſnīam deportationis nō auferuntur, ea uero plura ſunt, ut plene per Alex. in cōſil. xxiij. libr. j. & in cōſi. lxxxix. lib. iiij. Exēplificare ēt poſſes, in caſu. l. ſi filius. C. de bo. proſcrip. ubi filio deportato caſtrenſe peculiū non ſequitur fiſcū, ſed patrem.

Glo. hic ad fi. reputatur ad hoc ſolēnis & ſingularis p Bal. Alex. & alios.

3 ꝙ † licet deportatus non habet hæredem. l. j. cum ibi not. C. de hære. inſti. id tñ uerū eſt, fiſco uolente bona deportati, alias ipſo fiſco uenire nolēte deportatus hæredē habet, ut hic uult glo. de qua uide Alexan. in l. ſi ſeruus plurium, in §. ſi quis ante. in fin. ff. de leg. j. Iaſo. in l. ex facto in. §. iul. col. j. ff. de uulgar. & in l. unica. colū. iiij. C. quando non pet. part. Et per hanc

4 eandem gl. dicebat Rom. ius † accreſcendi locum nō habere in fiſco hærede, qui bona recuſare pōt, ſed eſt hoc a ueritate alienum, neque gl. loquitur in caſu iſto, ut per Alex. in. l. j. col. pen. ff. de acqui. hære. Iaſo. in d. l. unica. in iiij. col. Beneque hic iuriſconſultus dicit, ꝙ deportationis ſen-

5 tentia aufert, nam in † caſibus in quibus bona confiſcantur & publicātur id ipſo iure non fit, ſed per ſentētiam l. j. cum not. per Bart. ff. de ui priua. & per Fran. de Parma. in tract. de iure fiſ. char. xxiiij. ſed in deportatione nō requiritur alia expreſſio, quia ad pœnam deportationis tacite ſequit̄ adeptio bonorum. d. l. deportatorum. cū not. per Salice. ideo recte hic dicitur ꝙ ſententia aufert etiam ꝙ de publicatione bonorum nihil dictum fuerit, ad quod uide etiā Aret. in l. eius qui. in. §. ſi cui. colum. j. & ij. ff. de teſta. Et intelligitur prædicta ſecun-

6 dum Salic. † de bonis quæ deportatus habebat tempore deportationis. futura enim non ueniunt, nec cōprehenduntur in publicatione. l. ſi mandauero. in. §. is cuius. ff. man. De quo uide Bald. in l. ij. C. de bon. proſcript. Anch. in conſil. cclxxv. Roma. in cōſi. ccxlvij. Paul. de Ca. in conſil. xxxij. in antiquis. Alexan. in conſil. xv. ad fi. uolu. j. Fely. in c. ad liberandum. in ij. nota. de iudæ. & Deci. in conſil. ccxxxv. & Saly. in auct. bona damnatorum. colum. ij. C. de bon. proſcrip. Ang. Are. in tract. maleficiorum. chartа antepen. Deci. nouiſſime. in l. fin. ſupra quod quiſq; iur. ubi ponit not. quæſtionem quæ erat in facto de iure adeundi bannito delato. De iure

7 nouiſſimo † non publicātur nec confiſcantur bona niſi in crimine læſæ maieſtatis. auct. bona damnatorum. cum ibi plene not. per doct. C. de bo. proſcrip. & per Barto. in conſil. clvij. ubi intelligitur hoc eſſe uerum ſtantibus aſcendentibus uel deſcendentibus, ſecus autem fit ſtantibus col-

lateralibus tantū, ut patet ex corpore. unde illa auct. ſumitur, ubi de collateralibus nō fit mentio. Et ideo uerba illa ex latere, de quibus in d. auct. bona damnatorū. male ibi fuerūt per Irnerium poſita, ſm Bart. quam opi. confirmat & cōprobat in puncto iuris Aret. in l. eius. in. §. ſi cui. col. iij ff. de teſta. fatetur tñ cōem opiñ. eſſe in oppo. Ange. Aret. loco infra allega. & plene Dec. in conſi. cclij. col. pen. ubi poſt Bald. ſcribit, ꝙ licet iudex contra tex. in d. auct. bona damnatorum. confiſcaret bona, ſñia nō ualeret, nec noceret quamuis non fuiſſet appellatū. & dicit no. Bal. in tit. de pace cōſt. ī uerbo nos romanorū, ꝙ bona condēnati ad furcas pro furto ex forma ſtatuti non publicantur nec cōfiſcantur ſequitur Are. loco præallega. col. iiii. & Dec. in l ii. col. fi. C. qui teſt. fa. poſ. ubi de iure antiquo. & ante auc. bona damnatorū. aliud fuiſſe ꝓbat. De qua materia. uide Bar. in l. i. ff. de bon. dam. Are. in l. uentre. col. fi. ff. de acquir. hære. Ang. in tract. maleſi. in glo. & eius bona publicamus. eſt in pen. charta trac. ubi ad tex. prædictæ auct. bona damnatorum alias lim. tra-
8 dit præcipue ea † procedere qñ pœna confiſcationis in conſequentiam pœnæ corporalis uenit, ut in deportato, ſecus, ubi bona expreſſe olim confiſcabātur nō in conſequentiā, ut in relegatis incorrecta remanēt antiqua iura de publicatione bonorum loquētia, ut per Bart. in præallega. l. j. propterea uidemus paſſim ad confiſcationem bonorum etiam hodie procedi contra contumaces non comparentibus nec obtemperantibus impo nuntur pœnæ declaranturq; & uſque ad confiſcationem bonorum incluſi-
9 ue proceditur. Confiſcatis † autē bonis an, quomodo, & qualiter prouideatur filiis. uide Bart. & docto. in d. l. i. de bonis dam. Are. in d. §. ſi cui in ii. col. Aug. in trac. maleſi. loco prę
10 alleg. Et diligenter nota, ꝙ † in caſibus in quibus fit publicatio & confiſcatio bonorum modo offenſa non reſpiciat principaliter dominum, ſeu delictum non ſit commiſſum in perſonam domini, feudum non confiſcatur nec applicatur. fiſco, ſed agnatis, ut per Bart. in l. i. per illum tex. ff. de interdi. & relega. de quo articulo uide Barb. inter. conſi. Alex. iiij. uol. in conſi. lv. col. fi. & in conſi. lx. in quarto dubio lib. iii. eundem Alex. in conſi. ii. col. iii. & ſeq. lib. v. & conſil. xxx. lib. vi. Iac. de ſancto Geor. in ſua feu. inueſt. in uerb. qui quidem inueſtiti. colum. xiii. & ſeq. & in uerbo, & cum pacto de non alienando. col. viii. Frā. de Curte in tract. feu. in liii. col. uer. qua principalis. & Dec. in cōſ. cxliiii. col. ii. & conſi. ccviii. & cclii. De ban-
11 nitis † uero noſtri temporis utrum æquiparantur deportatis, uel relegatis, examinant glo. & doct. inſtit. quibus mod. ius patr. pot. ſol. in. §. relegati. Signorol. conſ. cxix. Anch. conſ. cclxxv. Alex. conſ. xvi. lib. ii. oēs in l. i, C. de hær. inſt. & in l. ex facto. in. §. ex facto. ff. ad treb. Cur. Iun. ī ɔſ. clx. clxvi. & clxxxii. & Gram. Neapolit. in uoto. xix. Poſt quam de ſententia deportationis, de publicatione, & confiſcatione bonorum plura diximus, uideamus aliqua de indulgētia, reſtitutione, & remiſſione. Indulgen-
12 tia † quidem pœnam ſolum remittit, bona uero non reſtituit, niſi dicatur. text. eſt not. ubi Salic. ſignat in l. cū patrē. C. de ſen. paſ. faciūt q̄ dixi ī l. id quod noſtrū. nu. 4. ſupra. eo. tit.
13 Vtrum uero indulgentia † ac reſtitutio prædicta locū habeat in præiudicium tertii, & qualiter pro amico cōcipi & formari debeat, ut etiam aliena ta recuperet, tradunt ſcribentes in l. gallus. in. §. & quid ſi. tantum. ff. de lib. & poſth. Felyn. in c. urgentis. de

hæret.Iaſ.in conſ.vlt.lib.i.Deci.in l. in condemnatione. in. §. i. ubi uide quæ dicam infra eo.& in c.quia diligentia col.ii.de elect.Alexand.in cō-
4 ſil.cliiij. Eſtoque memor ut † in reſtitutione pro condemnato in crimine læſæ maieſtatis impetrata ad hoc ut ualeat, dicatur,motu proprio principis illam fuiſſe factam, ut per Cur.Iū.in l.iii.in.§. ſi procurator.ff. quod quiſque iur.

SVMMARIVM.

1 *In pari cauſa lucri præfertur ille qui prior eſt in tempore.*

2 *Mulier habens expreſſam vel tacitam hypothecam præfertur habenti tacitam anteriorem ſecus, expreſſam.*

3 *Prioritas ex ordine cognoſcitur.*

L. XCIX. Hermogenianus.

Quoties vtriuſq; cauſa lucri ratio vertitur is,præferendus eſt,cuius in lucro cauſa tē pore præcedit.

1 Et sic in † pari cauſa lucri præfertur ille qui eſt prior in tēpore. Et prioritas tēporis cæteris paribus inducit prioritatem in iure.ad idē text. in c.qui prior. de re.iur.in vj.ubi eſt optima gl. declarans iſtam regulam. nonnullas limi. ponit ibidem Philip. Franc.uiginti ampl. & totidem limi. congerunt Mod.de Fano.in tract.de pignor.in ſecundo membro.v.partis princip.char.xxxv.& ſeq. Notabis ēt
2 diligenter, ꝙ † licet mulier habens expreſſam uel tacitam hypothecam pro dote præferatur habenti tacitam etiam anteriorem fauore dotis,iuxta l.aſſiduis.C.qui pot. in pig. hab.non tamen præfertur habenti expreſſam, quicquid dixerit Ange. & Aret.& in ea locum habet regula l. noſtræ, ut prior tempore potior ſit in iure, & præferri debeat, ſecundum communem concluſionē ſcribentium ut per Bar.in d.l.aſſiduis.Iaſo.in l.j.in ij. lectu.ff.ſolu.mat.& in.§.fuerat.colum. xvij.inſtitu.de act.Ioan. de Plat.in l. unica.C.cre.fiſ. præferri.lib.x. Mod. Peruſi.in d.l.j.char.penul.& Moder. de Fano loco præallegato. Et in † ſcri-
3 pturis ex earū ordine cognoſcit̄ prioritas temporis.Et quando producuntur duo inſtrumenta eodem tempore confecta, quomodo cognoſcatur prioritas temporis, ponunt prædicti Mod. Fanenſes loco præallega.in ij. parte,quarti membri.fol.xvi.

SVMMARIVM.

1 *Creditor non tenetur offerre, conſignare, aut deponere quando debitum eſt non liquidum.*

2 *Et quid debeat facere debitor nu.2.Vel pari debiti ſit liquida.nu. 3.*

4 *Debitor de x.à quo xx.petuntur an poſſit negare. Et quid in poſitionibus numero. 5. Vel reſpectu moræ & expenſarum,ꝑiume. 6.*

7 *Iudex debet fere ſententiam diffinitiue, ſeparans ius competens ab incompetenti.*

L. C. Venuleius.

Non poteſt videri improbus qui ignorat quantum ſoluere debeat.

Svmitvr ex ll.in gl allegatis.facit ēt tex.l.qui ſolidū.in prin.ff de le. ij.a contrario ſenſu. Et ſecundū Albe.de Roſ.hic facit hæc lex ad materiā oblationis,ꝯſignationis,& depoſi-
1 tionis;ꝙ † ſi debitū incertū ſit & nō liqdū,nō teneat̄ creditor offerre, ꝯſignare,aut deponere,alleg.l.accept.C. de uſ.l.obſignatiōe.C.de ſol.& l.q.iā extimauerūt.ff.ſi cer.pe.cū ibi not.&

tradit Alex.in l.ſi mora. col.ii.ff. ſol.
2 mat.Vbi etiã ponit, ꝙ † eo caſu ſuf-
ficit debitorem coram iudice com-
parere & requirere, ut deputet̃ unus
mercator ad calculandũ rationes, of
ferẽdo ſe paratum ſoluere quicquid
conſtabit eum debere l. pe. ubi Bar.
3 nor.ff.de diſtra. pig. Et ſi pars † de-
biti eſt liquida, ſufficit illam offerre,
& pro reſiduo offerre ſe paratum ſa-
tiſdare, quãdo eſt ſuſpectus, per l. ſta
tuliber rationem.ff.de ſtatulib. ali-
ter ſatis eſt offerre ſe paratum ſolue-
re conſtito de debito. De qua mate-
ria ample tractant Pau.de Caſt.in cõ
ſil.cccxxiiij.col.iii.in antiquis. Alex.
in conſil ccxxii. col. fi.lib.ii.& conſ.
cxxx. col.iij. lib.iiij.& in prin.l. ſi ſe
non obtulit.in vlt.col. ff. de re iudi.
Barba.in conſi.xxxvj.col.xiij.lib.ij.
Soci.conſi.lxxx.col.iij. vol.iij, Iaſ.in
l.i.col.iiii.ff.qui ſatiſ.cog.& Alci.ĩ l.i.
in.§.ſi ſtipulanti.colũ.fina.ff.de uer-
bo.obliga. Et per iſtam regulam. in
fert hic Bar.ad determinationẽ quæ-
ſtionis quam dicit habuiſſe de facto
4 ipſis, ꝙ † ſi quinquaginta debeam,
& petas centum, ex quo ratio nõ eſt
implicita ſi recuſo ſoluere quinqua-
ginta conſtituor in mora: & ſic uult
Bar. ꝙ debitor decem florenorum, à
quo uiginti petiti fuere, negare non
poſſit minorem illam ſummam circa
incurſum periurij: ut latius per eun-
dem Bar.& Alexã.in d.§.ſi ſtipulãti.

Contrarium firmat idem Barto.in
d.l.qui ſolidum. in princi concludẽs,
ꝙ ſi quis petat plus debito, aduerſa-
rius habent iuſtam cauſam litigandi
ſuper toto; nec condemnabitur in ex
penſis niſi actor dixerit ſe paratũ re-
cipere partem: per illum tex.hac opi.
uti ueriorem contra Bar. hic, ſequit̃
hic Deci. Nec obſt. ꝙ qui negat totũ
uidetur & negare partẽ: & ꝙ in ma-
iori ſumma contineatur minor, quia
in toto continetur pars ad integran-
dum illud totũ. & pariter minor ſum
ma continetur in maiori ad illam in-
tegrandũ, ſed illa pars uel minor ſum
ma per ſe nõ uidetur petita, ideo nõ
uĩ eſſe in mora improbus uel periu-
rus, qui totũ negat vel ſoluere recu-
ſat. ut hic per Deci. faciunt quæ in di
cto propoſito an in maiori ſumma cõ
tineatur minor, plenius ſcribit idem
Deci. in l. in eo quod plus infra eo.
Articulus eſt difficilis, quia Barto.&
doct. fuerunt uarij & contrarij. Quã-
tum ad poſitiones uult Bart. in d. §.
5 ſi ſtipulanti. ꝙ † poſitio partim ue-
ra & partim falſa non poſſit ſine rea-
tu periurij in totum negari. ideo re-
ſpondentem fateri debere partem ue
ram reliquum negare. In ſecreto
iuris opi. Bald. quam hic amplectitur
Deci. uerior uidetur. Et illam defen-
dere poſt Peruſinos & Soci. conant̃.
Alcia.& Galiaula in d.§.ſi ſtipulanti.
Communis tamen eſt cum Bart.con
tra id quod hic tenet Deci. ut omnes
præalleg. Mod. atteſtantur, & latius
Fely.in c.nam concupiſcentiam.col.
fina.de conſti. ubi poſtea poſuit tres
not.limit. Et ſecundum Lan.Galiau-
lam ita eſt tenendum ut ueritas faci-
lius habeatur & finis cauſæ citius im
ponatur. Adde & quia in dubio tenẽ-
da eſt illa pars quæ ſecurior eſt pro
anima: ut per Abb. in c. eſtote miſe-
ricordes. de reg.iur.& dixi in ſuperio
ribus. ideo propter periurium animę
nociuum, ita teneri poteſt. Vel diſtin
gui ante reſponſionẽ & poſt, ut ante
reſponſionem conſulamus fateri de-
bere partem ueram ut euitetur periu
rium. Poſt reſponſum negatiue da-
tum dicamus licuiſſet, ut hoc modo
euitemus incurſum periurij. Sed ad
euitandum has opi. & contrarietates
doctorum, aduocati practici ſalutarẽ
apponunt clauſulam, ꝙ ſi conuentus
nõ credat de tãto reſpondeat de quã
to, quia ita ponitur uſq; ad quadran-

tem

tem uel nummum citra præiudicium ponentis .tenetur.n. tunc abſq; dubio conuentus reſpondere de qualibet parte: ut per Fely.ad fi. præal.c. nam concupiſcentiam.& oēs Mod.in d.§. ſi ſtipulanti. Reſpectu vero
6 †moræ & expenſarum, cōis eſt cum Bar.in d.l. qui ſolidum.ad fin.principij,quia non eſt uerisimile, ꝙ totum petēs uelit partem recipere niſi id dixerit l.lucius §.tutor.ff.de vſur.ideo litigans ſuper toto iuſtam habet litigandi cauſam,unde condemnari non debet in aliquibus expenſis, ſecundū cōiter ſcribentes,ut per Iaſ. in l.pro perandum.in §.ſin āt alterutra.colū. vij.C.de iud.Galiaulam & alios in d. §.ſi ſtipulanti.in ultimis col. Bar.hic uiſus eſt contrarium dicere ꝙ reſpectu partis liquidæ cōſtituatur reus in mora. Ruinus ibidem quātum ſit ad propoſitum noſtrum ait, ꝙ ubi pars debiti eſt liquida per petitionem totius conſtituitur in mora reſpectu illius partis,ut hic dixit Bart.niſi confiteatur illam partem: ꝙ ſi fecerit in mora non conſtituitur, niſi actor dixerit ſe partem illam recepturum,qa non tenetur offerre: per d.§.tutor & hoc modo.dicit Rui.procedit tex. in d.l.qui ſolidum.cum dictis Bar.ibi & ſequuntur quidā alij Mod. Sed,ut inquit Galiaula loco præal.Bart.in d. l.qui ſolidum,& cōiter docto. ibi relati,tenent,ꝙ ēt ſi non cōfiteatur partem,non debeat debitor condemnari in aliquibus expenſis ꝓp iuſtā cauſam litigandi,niſi actor ſe paratū obtulerit ēt partē recipere.nec in d.l.q ſolidum. apparet ꝙ conuentus confeſſus ſit partem debiti, ut Ruinus ait.Et ꝑ preal.l.qui ſolidū.in prin.eū not.ꝑ Bar.dicit,poſt Ant.deBu. Arc. in c.exhibita.ad fin.j.colū. de iud. ꝙ
7 †vbi ſnīa ferri pōt diffinitiue ſeparās ius cōpetēs ab icōpetēti iudex ēt par te non petēte id facere pōt & debet.

S V M M A R I V M.

1 *Nihil ſuperfluum in iure quomodo intelligatur.& nu.2.3.& 4.*
5 *Dictiones in iure an abundent.*

L. CI. Caius.

Omnia quæ iure contrahūtur,contrario iure pereunt.

In tex.non eſt difficultas,materia vero tacta fuit in l. nihil tam naturale.ſupra eo. Et ſi opponeres ꝙ nihil debet eſſe ſuperfluum;nec ſyllaba quidē in iure §.quibus.ſin prima con ſti.C.l.j.cum gl.ſupra ꝙ met. cau.iō dicebat not.Bal.in l.ampliorem.in §. in refutatorijs.C.de appel. ſemel capitulum non eſſe ulterius capitulandum, nec interrogatum interrogandū, & ſi in prima cauſa ſit reſponſum capitulis, non reſpōdēs eiſdē iterū in cauſa appellationis factis non habetur pro confeſſo, quia ſemel reſpondendo ſatisfecit legis mandato. Re-
1 ſpōde, ꝙ† ſi eadem lex.ad uerbū nullo addito nec diminuto, repeteret in eodem titulo, ſuperflua quidem dici poſſent alias ſecus. Et ideo cum uerba differrant,aliuſque ſit dicendi modus, & ſi idem ſit ſenſus non cēſetur ſuperflua Abba.& Ioā.de Ana.in c.ſi. per illum tex.de homici.dicuntur.n. tnnc diſſimilia. & diuerſa quo ad formam uerborum,ut pulchre per Iaſo. in l.qui liberis.in princ.ff.de uulg.Et illud dicitur ſuperfluum,ꝙ non facit ad id quod cauſa deſiderat. Bal.in d. §.in refutatorijs,per illum tex. Et
2 ad accuſandum † ſuperfluitatē plura ſunt adinuēta,et accomodata vt pulchre per Fely.in c.eā te.col.xij.de reſcri. in c. ſolite.colū.iij.de maiori.& obed.& in prohe.decretalium.rex pacificus.col.ult.Dec.in l.ij.§.ſi.col.ſi. ff.ſi cer.pe.& in conſi. ccxxxij.col.ſi.

Peruſinum.in c.vnico.de ſumma tri-
ni.lib.vj.vbi not. ſuperfluum non eſt
illud quod magis diſtincte exprimit
modum eius quod primo erat diſpo-
ſitum ut ēt per Deci.loco præal. Qđ
facit pro poſitionibus & articulis ſal
uandis ne reijciantur propter ſuper-
fluitatem ſm Peruſi.& Geni.ibidem
ſecuriuſq; eſt ſuperfluum admittere re
quam neceſſarium omittere. Spec.in
titu.de teſte.in §.nunc de interroga
3 torijs. Item † qñ aliquid deciſum
fuit in genere, ſi inde decidat̄ in ſpe-
cie,non poteſt de ſuperfluitate redar
gui gl.eſt not.per illum tex.ibiq; val
de notari mandat.Cur.in l.fi.ſupra ꝙ
4 quiſq; iur. Item qñ una† regula lo
quitur de poteſtate faciendi, alia de
effectu iam facti,ceſſat ēt arg.de ſuꝑ
fluitate.ut per Archiepiſcopum.Flo-
ren.in prima parte ſummæ in regula,
poteſt qui in fi. Vides itaq; plures
modos excuſandi haſce regulas,& ge
neraliter quācunq; diſpoſitionē a ui-
tio ſuperfluitatis,quibus addas etiam
Car.Alex.in c.romanorum.col.ij.di-
5 ſtin.xix. Aduerte tamen quia † di-
ctio,fortaſſis, abundat in l. ſi iure .ff.
de leg.iij.ſm gl.ibi idem in dictione,
maxime in l.fi.C.de teſt.man.ſm gl.
ibi.& Iaſon.in l.qui ſe patris.colū.x.
C.unde libe.pariter, dumtaxat.in l.
fi.in §.filiusfa.C.de bo.quæ libr.not.
Deci.in auct.ex teſtamento.col.ij.C.
de collat.ergo contra prædicta,ſed ſi
bene prædicte iura conſideres inue-
nies uel cauſa ornatus, vel ad maio-
rem declarationem,aut alio reſpectu
poni,ita ꝙ arg.de ſuperfluitate locus
non eſt quæ omnia bene nota.

SVMMARIVM.

1 *Menſis quomodo intelligatur, & in con tractu & teſtamento nu. 3.*

2 *Nomen menſis ſimpliciter prolatum quo modo accipitur.*

4 *Menſis in lege uel ſtatuto pœnali quomo do intelligatur.*

5 *Dies termini qñ cōputetur in termino.*

L. CII. Paulus.

Vbi lex duorum menſium fecit mentionem, & qui ſexageſimoprimo die uenerit audiendus eſt. Ita enim imperator noſter Antonius cum diuo fratre ſuo reſcripſit.

Hanc not. & utilem regulam
exemplifica in l.j.ſm gl.ibi. C.de tē
po.app.& in l.ſi venditor de his.ff.de
ædili.edict. Dec. hic concludit, ꝙ
1 †ſi menſis ſimpliciter proferatur, in-
telligitur de duodecima parte anni,
quæ pro triginta diebus declaratur,
& ſic de triginta diebus intelligitur,
per text.l.fi.in prin. & in §.j.C.de iu
re deli.& ita procedit text.l.noſtræ:
qñ facta fuit mentio duorum mēſiū
abſolute,intelligit̄ enim de ſexagin-
ta diebus, tñ hic ex benignitate adiū
gitur vnus dies,quod intelligit in ma
teria fauorabili,prout etiā voluit hic
gl. Confirmatur quia alias repugna-
ret d.l.fi.in prin. Et idem ubi fit men
tio de menſe utili prout in ducali de-
creto loquente de inſtātia & de men
ſe q iudici ſtatuit̄ ꝓuiſiōe actorū,in
telligit̄.n. dexxx.diebus: ut ꝑ Alex.
in cōſi cxiiij.col.fi.lib.v. Si tñ deſi-
gnet̄ mēſis quia exēpli grā,prima die
Auguſti dicat̄ hinc ad mēſē vel duos
menſes, tunc menſis intelligitur tot
dierū quot eſt ille mēſis de quo men
tio facta fuit,iuxta glo.in c.quam ſit.
in uerbo menſe.de elec. in vj.ſm De
ci.Vide Albe.de Roſa. ponētem aliā
doctrinam,& ad plures qōnes inducē
tem in ſuo dictionario in uerbo men
ſes.Signo.de Homod.tradentem aliā
prolixam diſtinctionem in cōſi.xxx-
viij.& Alex.in apoſt.ad Bar.in l. cum
biſextus.ſupra tit. proxi. Appella-

2 re † uero plus eſt quam concedere, importat enim totalem tranſitum gloſſ. in c. j. de commod. unde trāſlatus de una eccleſia ad aliam, nihil retinet de priori: ut per Deci. in l. j. in §. fin. ad ſi. ff. de offic. eius & in c. tranſlato de conſtit. & in l. non uult. ubi aliquid ſcripſimus ſupra eo. titu. Et an conceſſio cenſeatur realis uel perſonalis, item an facta cenſeatur ſm conſuetudinem cedentis, dictum fuit in l. in oībus cauſis. & in l. ſp in ſtipula. hoc eo. tit. Gl. non citat l. ex qua appareat hanc regulā fuiſſe ſumptam, ſed extrahitur ex §. in contrarium l. ſicut, ſupra quibus mod. pig. uel hypo. ſol. ſecundum Alber. de Roſa. hic. Faciunt pro hac regula aliæ ſupra poſitæ. v 3 cui licet quod plus eſt licet utiq; ꝙ minus eſt, & in eo quod plus eſt continetur quod minus eſt. Et ex legibus a quibus ille deſumptæ fuere po
3 tuit pariter iſta ſumi. plus. † enim eſt poſſe donare, quam poſſe uēdere, aut in emphyteoſim concedere. donās. n. rem alienata ſe abdicat abſq; recompenſatione, ut hic inquit Deci. ſed uēdens pretium habet, quod loco rei ſuccedit, & aliquando rei æſtimationem excedit & exſuperat. l. ij. cū not. C. de reſcin. uen. Et ſimiliter rem in emphyteoſim concedens (propt intelligi poteſt iſte tex. de conceſſione loquens ſecundum glo. hic) retinet dominium directum & pēſionem percipit. C. de iure empty. per totum. tit.

4 Hinc eſt ꝙ† donare & perdere quandoque a lege parificantur l. filiusfam. ff. de dona. ideo alia quæuis præſumptio & coniectura potius quam donationis capi debet l. campanus. ff. de oper. lib. dixi in l. donari ſupra eod. & ſi gl. rub. ff. commo. dicat beatius eſſe dare quã accipere, hinc Ouidius, Crede mihi res eſt ingenioſa dare. probatur in clemen. j. in §. nos. de reliquijs & ueneratt. ſancto. & ibi Card. no. donationem rem eſſe utilem & ingenioſam, quia amicos acquirit. Et ꝓbatur hæc regula per inſtantias in glo. poſitas quibus liquet plures eſſe perſonas quæ uendere poſſunt, donare uero non poſſunt. Errore tamen labitur gl. ponens illos caſus pro limitationibus. non enim exceptiones ſunt a regula, quia non dicit regula quod potens uendere, poſſit donare, ſed oppoſitum & in prædictis inſtantijs dicitur non poſſe donare qui poteſt uẽder, ideo apparet exceptiones minus bonas eſſe ſecundum Abb. hic. Li-
5 mitat modo† hanc regulam gl. in caſu l. fi. C. de prædijs curial. lib. x. & in caſu l. fi. C. de iure emphy. vbi eſt gl. conſimilis dicens eſſe ius ſpecialiſſimum & rationẽ diuerſitatis aſſignat licet Deci. hic eam nõ referat de quo etiam per ſcribentes in d. l. fin. An
6 autem & qñ econtrario, † uenditione prohibita, cenſeatur prohibita donatio, examinant Cor. & alij in l. uoluntas. C. de fideicom. Et ſimiliter utrũ ille q nõ hẽt liberã rei adminiſtratio nẽ aduerſario iurm deferr poſſit. Iaſ. in d. l. fi. in xj. q. C. de iure emphy.

SVMMARIVM.

1 *Iudicium quando ceptum dicatur.*

L. CXXV. Paulus.

Pęnalia iudicia ſemel accepta, in hæredes trãſmitti pñt.

Concordant iura alleg. in gl. in quibus iuribus materia huiuſce regulæ explicatur. Et eſt limitatio ad regulam poſitam ſupra in l. pupillũ. in §. j. ubi dixi. Et generaliter quã-
1 do† iudicium ceptum dicatur, tradũt oẽs in l. j. C. de iudi. in l. amplius non peti. ff. rem ratam hab. & in l. vnica. C. ex delic. defunc.

L. CXXVI. Vulpianus.

Cũ quis poſſit alienare poterit & conſentire alienationi. Cui autem donare non conceditur, probãdum erit nec ſi donationis cauſa conſenſerit, ratam eius uolũtatem habendã.

Expedita eſt ſupra in l. aliud eſt uendere. Facit regula cui ius eſt ſupra eo. cum alijs ibidem pro corroboratione adductis. Glo. in excep. poſitis minus bene loquitur, nam prima regula nõn dicit, ꝙ qui non põõ alienare nõ poſſit alienãti conſentir, fallit hæc regula in caſibus exceptis, de quibus hic per gl.

L. CXXVII. Paulus.

Qui rem alienam defendit, nunquam locuples habetur.

Intelige ad euitandam onus ſatiſdationis iudicatum ſolui ſecundum Alber. de Roſa. & fuit expedita in §. nemo. l. in eo. ſupra eod.

SVMMARIVM.

1 *Dare eſt dominium transferre.*

L. CXXVIII. Vulpianus.

Non uidetur data quæ eo tempore quo dantur, accipientis non fiunt.

Svmitvr ex §. fina. l. vbi ät. ff. de verb. oblig. & §. ſi hæres l. qui concubinam. ff. de leg. iij. nota ergo, ꝙ † daſ eſt dominium transferre de qua materia late per ſcribẽtes in d. §. ſi. & in §. ſic itaque inſti. de actio.

S V M M A R I V M.

1 *Mandatum iudicis excuſat a dolo. Niſi conſtet de iniuſtitia nu. 5.*
2 *Debitor ſoluens non creditori ex iudicis mandato, liberatur a creditore.*
3 *Qui iurauit ſoluere certo termino, excuſatur iudice præcipiente ne ſoluat. Limitata numer. 4.*

§ Qui iuſſum iudicis aliquid facit nõ uidetur dolo malo facere, quia parerẽ neceſſe habet.

Svmitvr ex ll. per glo. allega. & habetur etiam in c. ꝙ quis mandato. de reg. iur. in vj. ubi gl. plura notabilia exempla congerit. & clarius hanc regulam declarat quã fecerit hic gl. noſtræ legis. Nota ergo ex hac regula † mandatum iudicis excuſare a dolo, ſicq; dolo caret qui iudicis obtemperat præcepto. Sicuti econtrario, non caret dolo qui mandato iudicis non obtemperat l. non poteſt dolo infra eo. cum not. per gl. in d. c. ꝙ quis, facit l. iuſte poſſidet. cum accumulatis ibi per Iaſ. & alios. ff. de acquir. poſ. & in l. j. in §. huius ſtudij. ff. de iuſti. & iur. & in c. ij. cum ibi not. de maior. & obed.

Ex hac regula & prædictis inferẽ 2 ad quæſtionem † debitoris, qui de mãdato iudicis ſoluit alij quã uero creditori, ut ſit excuſatus, & a uero creditore liberatus, per quem in poſterum moleſtari nõ poteſt, ut per Bar. in l. creditor. ff. de ſolu. Phil. Franc. in d. c. quod quis Anchar. in conſi. lxiiij. col. ſi. Pau. de Ca. conſi. cclxxxviij. in tertio dubio in antiquis. Commẽ. in cõſi. clxxxv. Barb. conſi. xxvj. lib. iii. Cur. Seniorẽ in repe. l. unicæ. in xvi. q. C. de prohib. ſeq. pecu. Deci. conſi. xxv. Iaſ. conſi. xxvi. uolũ. iii. Mat. de Afflictis in deciſi. regni cl. & Pariſiũ in c. ex tranſmiſſa. col. iiii. de præſcr. ubi poſt Pau. de Ca. dicit ita demum contingere liberationem, ſi debitor fecerit aliquam reſiſtentiam & ſecundum præceptum expectauerit. alias ſecus, quod reputat multum notab.

3 Et pariter † ſi ſit debitor cum iuramento & ſub pœna ſoluere, ad certã diem obligatus, & iudex ſequeſtrari fecerit pecuniam uel præceperit ne ſolueret, non incurrit debitor periurium nec pœnam non ſoluendo, dolo. n. & culpa caret iudicis parens mãdato, ut hic per Deci. & eſt tex. optimus. in §. ſi. l. ſi. ff. de lege cõmiſ. quibus adde Fel. in c. j. col. pe. de iureiur.

4 Intellige † niſi malitioſe tale ſequeſtrum & præceptum fuiſſet procuratum, quia tunc non prodeſſet, per l. & qui data. ff. ex quibus cau. ma. cum ſimil. de quibus per Barb. in conſi. lvi. lib. j. Fely. in c. ſi. col. fin. de teſti. & in c. ſi. col. antep. de for. cõpe. & Parp. in rep. l. ſi quis maior in viii. not. in uer. vi. facit. C. de tranſac. Poſſet ẽt induci ad alias quæſtiones, ut per Ioan. And. in mercurialibus. in d. c. quod quis. & ibidem Phil. Franc.

Limitaẽ iſta regula ſm glo. Alb. & Deci. hic. & Canon. in d. c. ꝙ quis, ut procedat qñ præceptũ fuit iuſtũ uel 5 ĩ dubio, ſecus † ubi de ĩiuſtitia ꝯſtaret qa parẽdum illi nõ eẽt, ſed reſiſtẽdũ.

l.prohibitum.C.de iure fiſ.lib.x. Et ſimiliter vbi procedere non ſeruato iuris ordine, ſeu extra eius officium, ut hic per Deci. de qua materia uide late & pulchre Aquē.in rep.l.ut uim. col.vij.cum tribus ſeq.ff.de iu. & iure.vbi etiam per alios Mod.& ꝑ Rui. in rep.§.diui.in ulti.col.

SVMMARIVM.

1 *Verbum, occaſio quō intelligitur hic.*
2 *Occaſio quid ſit. Et quotuplex nu. 3.*

L. CXXIX. Vulpianus.

Capienda occaſio eſt quæ prebet benignius reſponſum.

1 Occasio †hic capitur pro interpretatione,& cā : ſicuti in l.qui occidit in §.in hac.ff.ad legem aquil. Di-
2 citurq;† occaſio cauſa iniuſta,& non ſufficiens: ut per Card.in cle. cauſā col.j.de elec.& in clement. ij.in §.ij. de ſepult.ſeque habet ad non uerum & irrationabile. c. j. de ſtatu.regul. lib.vj.cum gl.in uerbo cām. eamque aliqui quærunt, ut lupus aquæ turbationem ſicuti in auct.de defen. ciuit. in prin.cum gl.& tradit Alber.in dictionario in uerbo occaſione, de qua materia,uide Fely.in c.ſolite. col.iij. de maior.& obed.Deci.in rub.C.qui
3 admi.col.iij.Theologi † uero dicunt duplicem eſſe occaſionem, datā.ſ.& de iſta quem teneri. Et acceptam de ſe,de qua dicunt quem non teneri, ita Archiepiſcopus Flor.in prima parte ſummæ.in regula,qui occaſionem Oratores occaſionem temporis, opportunitatem caſu prouenientem eſſe intelligunt, ſecundum Feſtum.hic Cicero libr. rhetor. occaſio, ait, eſt pars temporis in ſe habens alicuius rei idoneam faciendi oportunitatem. Eſt autem expedita materia præſentis regulæ in l.ſemper in dubijs benigniora ſupra eo. faciunt quæ excuſando iuriſconſultum a rudi, duroq; reſponſo ſcribit Are. in l.dominus labeo.ff.de teſta.

SVMMARIVM.

1 *Animus percutientis iudicatur ex qualitate uulnerum.*

Quod factum eſt cum in obſcuro fit, ex affectu cuiuſque capit interpretationem.

Exemplificari equidem hęc regula poteſt in ll. per gl.alleg. ſed non ſumi, cum poſteriores ſint, & Ceſarum creaturæ. accipi autem potuit ex §. fi.l.ſi ſeruus plurium. ff.de leg.j.& ſecundum Alber.hic facit optime text.in l.j. cum ibi not.C.de ſi-
1 car.ꝙ†ex qualitate uulnerum iudicatur animus percutientis. de quo pulchre Are.in conſi.lxxx.col.ij.Regula vero præſens expedita fuit in l.in obſcuris.& in l.ſꝑ in ſtipul. ſupra eo.

SVMMARIVM.

1 *Qui per alium facit, per ſe ipſum facere uidetur. Etiam quod facit per alium facientem.*
2 *Statutum loquens de faciente an habeat locum in mandante.*
3 *Mercantiam per alium exercens an perdat nobilitatem.*
4 *Quod poteſt quis per alium, poteſt et per ſe ipſum.*
5 *Princeps pōt ſuā ſnīam reuidere & reuocare, num poſſit alteri committere.*

L. CXXX. Vulpianus.

Is damnū dat qui iubet damnum dare. Eius vero nulla culpa eſt, cui parere neceſſe eſt.

Assvmpta fuit ex ll. ꝑ gl. alleg. uel ex l. j. in §. deieciſſe uidet. ff. de ui & ui arm. & ex fin. l. aut qui aliter. ff. quod ui aut clã. Facit alia regula. l. quod iuſſu infra eo. & l. & ſi ꝑtor. ſupra de offic. eius. ubi licet ꝑtor ſit ille qui alterius iuriſdictionẽ exequitur, & ex delegatione ſibi ꝑ aliũ facta cognoſcit, non tñ pro imperio ſuo facit, ſed ꝓ eo cuius mandata iuriſdictio eſt, ſicq; cõſideratur potius iuriſdictio mandãtis & delegantis, quã actũ facientis & exequẽtis. ad idẽ l. ſolet ſupra de iuriſd. om. iudi. Et iſte regulæ traduntur ẽt in c. pôt quis. & in c. qui facit. ubi gl. notabiles. de regu. iur. in vj. & propterea dicunt Ioan. And. & Archiep. Floren. in d. c. pôt, ꝙ ſicut per ſe pôt quis ſe ſubſcribere, ita ꝑ alium. In text. nulla culpa. ergo nulla pœna, ſecundum Alber. ad quod eſt tex. not. in c. cognoſcentes. ubi late per Ganon. de conſti.

1 Nota, ꝙ † qui per alium facit uidetur per ſeipſum facere concordantes allegauimus ſupra. Ampliatur ut ꝓcedat ẽt in eo, qui facit per aliũ facientem pariter ꝑ alium. Si igitur ego titio mandaui & titius Seio, oẽs tenemur l. ſi ego ubi text. ſing. ff. quod ui aut clam. ut poſt Bald. ſcribit Phil. Franc. in c. qui facit per alium.

Procedit aũt hæc regula ex quadã iuris fictione ſeu interpretatione, ut denotat uerbum uidetur, impoſſibileq; eſt ſm ueritatẽ, ꝙ factũ unius dicatur factum alterius, ut declarat etiã Bart. in repe. l. ſi is qui ꝓ emptore. in v. q. princip. in uer. uenio ad ſm. de uſucap. immo factum ab eodem diuerſis temporib. eiuſdẽ facti identitatẽ nõ repræſentat l. nemo. ff. de duobus reis. Dyn. Ioan. And. & alij in loco præalleg. & uoluit etiã Deci. hic.

2 Ex quo infertur, ꝙ † ſtatutũ loquẽs de faciente, locum non habeat in fieri faciente & mandante quæ diuerſa ſunt, niſi ſtatutum loqueretur in rẽ. ut hic per Deci. & ꝑ eundẽ. & curt. Iuni. in l. iii. in §. ſi procurator. ff. qđ quiſq; iur. & plenius per ipſum Decium in l. ſi quis id quod. in ſeptimo not. ff. de iuriſdi. om. iud. Et quia ꝑdicta ſunt diuerſa, accuſans aliquem de homicidio & probãs de mandato ſuccumbit. Et pariter ſi de mandato accuſet & de inſtigatione probet, ut ꝑ Deci. hic ad fi. & latius de materia ꝑ Felyn. in c. mulieres. el ij. de ſent. excom.

3 Hinc etiã eſt, ꝙ † licet exercẽtes mercaturã & apothecam tenentes non ſint nobiles, immo ſi nobiles erant, perdant nobilitatẽ quæ cum tali exercitio ſe non cõpatitur. l. antep. C. de cohartal. lib. xij. l. iii. C. de commer. & merca. iſtud procedit qñ per ſe id faciunt tali uacantes exercitio, ſecus ſi per alios quibus ipſi non aſſiſtant, quia ceſſat tunc uile exercitiũ perſonæ nobilis a lege conſideratũ ad faciendũ reputandumq; quẽ uilẽ. Et ceſſat hoc caſu ratio iſtius regulæ qui per alium facit &c. ex quo exercitio prædicto ſe perſonaliter nõ immiſcet & conſideratur in hoc actus perſonæ exercentis. Et dicta regula nõ procedit, ut dictũ eſt, inſpecta ueritate, ſed per quandam iuris fictionẽ quam iſto caſu locũ habere æquum nõ eſt. & ita tenent Alb. de Roſ. in l. humilem. C. de inceſt. nupt. Gemi. in c. j. de uita & honeſt. cler. in vj. & Alciat. in tracta. de præſump. in xlviij. præſumpt. primæ regulæ. faciũt quæ de actu perſonalitatem denotante in locis ſupra alleg Deci. ſcribit. Acquirens tñ per aliũ uere proprieq; acquirit. l. placet. ff. de acquiren. hæred. & inſtit. per quas perſo. nob. acquir. & l. certe. in §. j. ff. de præcar.

Prædictam regulam nrãm ad tres no. qõnes. inducit Ioã. And. in dicto c. qui facit. ubi etiam ꝑ Philip. Frãc. Et de hac materia, & alia regula

4 hilic conformi, † ꝙ poteſt quis per alium quod põt ꝑ ſeipſum. ultra no. ꝑ Canon. in d. cap. põt quis. uide Alexan. in l. j. in §. fina. col. ij. & iij ff. de oper. no. nunc. ubi ẽt per Iaſ. Fely. in c. quæ in eccleſiarum. col. iii. de conſtit. ſcribentes in l. j. in §. itẽ acquiritur, in ultimis col. ff. de acquirẽ. poſ. Aquen. in repe. l. ut uini. charta. pen. col. j. ff. de iu. & iu. Deci. ĩ c. eccleſia. col. viii. de conſtit. Hip. Bonon. ĩ ſuo not. clxxv. & Moder. Taurin. in repe. l. fi. nu. 103. C. de pac. Faciunt ẽt p̃dicta ad q̃onem, quæ ꝑ quoſdã annis p̃teritis excitata motaq; fuit, utrum,
5 ſicuti † princeps eius ſnĩam reuidere reuocareq; põt ſi male prolatã inuenerit, ita poſſit id alteri cõmittere? p̃dicta probant ꝙ ſic, licet quidam cõtrarium dicerent, cõcedẽtes ꝙ poſſet cõmittere cognitionẽ, nõ aũt diffinitionẽ, ne honorẽ ſuũ in alterius manum reponeret, ſed ex hac regula & prædictis patet reſpon. quia ſatis per ſe facere dicitur per alium faciens. Ad declarationem aũt uerſiculi, eius uero. licet Deci. hic quædã ſcribat, uidenda ſunt. quæ plenius ſcripſimus in l. uelle non creditur ſupra eo.

SVMMARIVM.

1 *Pendentia a futuro euentu non habetur ut pura.*
2 *Lex quando de futuris certa dicatur.*
3 *Quæ reſolui poſſunt de p̃nti dicuntur.*
4 *Si repreſaliæ reuideri debẽt et approbari approbãda uel reprobari reprobãda, interim executio non ſuſpenditur.*
5 *Quantitas promiſſa ea lege, quòd facto calculo ſi minus debeatur illa minor quantitas promiſſa cenſeatur, interim executio non tardatur. in quantitate promiſſa.*
6 *Excommunicatus niſi infra x. dies ſatis fecerit interim non dicitur excommunicatus.*
7 *Diſpoſitio quæ eſt in ſuſpenſo quo ad reſolutionem pura cenſetur.*
8 *Spes an ſuſpendat.*
9 *§. ſi pendeat. l. j. ff. ad maced.*
10 *Plura ſunt quæ a futuro euentu pendent.*

§. Quod pendet, non eſt pro eo quaſi ſit.

1 NOTA ꝙ † pendentia a futuro euentu non habentur ut pura ac præſentia, & cõſequẽter ꝙ de futuris cõtingentibus nõ eſt determinata ueritas. unde Aret. in conſi. clv. periculoſum. col. iij. poſt Imo. in l. cẽturio ſupra de uulg. reprehendit opi. Bart. in d. l. centurio. dum dicebat cõpendioſam ſubſtitutionem ꝑ uerba directa nõ ciuilia factã ſemꝑ fideicõmiſſariã interpretari ſi caſus mortis filij poſt pubertatẽ contingat, quia lex ab initio certa erat filiũ inſtitutũ illo tempore moriturum. l. cũ quidã. §. ſuũ. ff. de acquir. hæredi. nam ſine dubio falſum eſt ſm Aret. loco præallega. quia ut Bar. met dicit in d. §. ſuũ. lex
2 † nõ eſt certa de futuris euentib. ſed de eo quod iam eſt in rerũ natura, & quod modo aliquo homini notũ eſſe põt, quia futuros euentus ſolus deus ſcit. unde cũ mori hoc uel illo tp̃e de futuro ſit euẽtu, non procedit, dicũt Imol. & Aret. ratio Bart. immo confunditur per d. §. ſuum. & idem in effectu ſenſit Pau. de Caſt. in d. §. ſuũ. col. ij. Quantũ tñ ad effectus reſultantes ex ſuis diſpoſitionibus lex certa eſſe dici, ut de futuris, ſm Ripam in d. l. centurio col. xxv. ubi prius ꝑ Galiaulam. col. xlv. & xlvj. uide eum.

Sumpta fuit regula iſta ex ll. per glo. alleg. facit l. pen. ſupra quãdo de pecu. act. eſt anna. & §. in nouiſſimo. l. unicæ. C. de cad. tol. cum aliis de quibus per gl. in §. ſi pendeat. l. j. ff. ad macedo. Et quemadmodum uult

hic glo.ſi ſint conditionalia,ante cõditionis euentum ſuſpenditur diſpoſitio & locũ non habet. Eodem mõ ſecundum Deci.exemplificari poteſt
3 in † re quæ in futurum reſolui poſſit,quia de præſenti dicitur certa, & alteratio illa quæ fieri põt,non eſt ꝓ eo quaſi ſit,ſed potius quaſi non ſit l.ij.cum glo.ff.de in diem addit. ubi uenditio dicit̃ pura,licet reſolui poſſit ſub conditione. Facit quod uult Bart.ad fi.l.iulia.ff.de condi. indebi.
4 ꝙ † ſi ordinatum fuerit oẽs repreſalias reuideri debere, & approbari approbandas,reprobari uero reprobandas,ꝙ interim non impeditur executio,& ſic quãuis poſſint reſolui cõperta earum iniuſtitia, interim tamẽ currunt & executio nõ retardatur.& ſequitur hic Deci. Pariter inferri põt
5 ad qõnem † quandò in inſtrumento eſt promiſſa certa quantitas ea lege, ꝙ ſi facto calculo minus debeat illa minor quantitas promiſſa cenſeatur, dubitatum fuit,an in quantitate promiſſa inſtrumentũ haberet executionem? prædicta faciunt ꝙ ſic.& ita Soci.ſe obtinuiſſe teſtatur in l.pecuniã. col.j.ff.ſi certum pet. & in l. quibus diebus.in §.quidam titio.col.fi.ff.de cõdi.& demonſt. ubi ſimiliter dicit, ꝙ ſi ſuper exceptionibus oppoſitis contra inſtrumentũ guarentigiatum factũ fuerit cõpromiſſum,cũ ſtatuto repugnante nõ poſſet fieri ſup contentis in inſtrõ pendente cõpromiſſo,quamuis contenta in inſtrõ poſſint reſolui ꝑ laudi prolationẽ ſuper exceptionibus, interim tñ inſtrm ꝓ puro habendũ eſt & executioni mandandum prædicta cautione de ſatisfaciendo, ſecundum formam laudi,iuxta auten. quæ ſupplicatio.

Ex prædictis põt ẽt inferri ad no.
6 qõnem,† dixit iudex excõico te niſi ſatisfeceris intra decẽ dies utrum interim ſit debitor excõicatus? pſcripta faciunt ꝙ ſic,contrariũ determinat Bal.in d.§. quidã titio. quia q̃dã ſunt quæ ad eſſentiã nõ requirũt morã,& tunc procedunt prædicta.Quędam uero morã exigunt ut excõicatio,& tunc, quia pendente cõditiõe non eſt in mora,excõicatus nõ eſt.l. lecta.uer.ſed cũ ſortis.ff.ſi cert. pet. & cũ iſta opi.tranſeunt Imol. & Soci.in d.§.quidam titio. allegãtes pro hac deciſione text. in c. præterea. el ij. de appel. Aduerten.tñ eſt diligẽter pro intelligentia prædictorum & huiuſce materiæ, ꝙ regula.§. noſtri de pendentibus a futuro euentu male adduci ur̃ ad qõnes prædictas, & ad cõprobationẽ gl.d.l.ii. quæ loqui
7 tur qñ † diſpoſitio non eſt in ſuſpenſo quo ad eſſe ſuũ,ſed ſolum quo ad reſolutionẽ,ideo nimirũ ſi pura cenſetur. hæc .n. regula loquitur de eo quod pendet ſimpliciter, quod pro puro non habetur. Et pro hoc uidetur etiam text.not.in l.gallus.in §.uiden.ff.de lib. & poſthu. ex quo not. ibi Bald. ꝙ licet captus deſinat eſſe ſuus, tamẽ id nõ eſt irreuocabiliter, ſed ſi poſtea in captiuitate decedat, apparet ſpem illam quæ ſuberat inanem eſſe, ex quo infert, quòd illud quod non pendet eſſentialiter, licet pendeat quo ad ſpem reſolutionis, interim pendere non dicitur ſecus ergo ſi eſſentialiter penderet, ut hic, de qua materia uide quod ſcribit Aquen. in dict.§.uidendum. colum.j. ubi reſoluendo difficultatem ibi ta-
8 ctam,inquit,aut † quærimus quantũ ad ueritatem,& tunc ſpes non ſuſpẽdit,aut uero quantũ ad effectũ,& iuris diſpoſitionẽ interpretationẽq; & tunc attendit̃ futurus euẽtus.ſ. an reuertatur ab hoſtib.an uero ibi moriatur,& ꝓp incertitudinem futuri euẽtus dicitur ſtare in ſuſpẽſo, ut ibi ꝓbatur,quidquid dixerit Bald.pro qua diſtinctiõe adducit ẽt l.fi.cũ ibi not.

SVMMARIVM.

1 *Iudici procedenti ut priuatus non eſt pa rendum. Etiam ꝙ facta bona ſint numero. 2.*

3 *Citatus coram iudice notorie incompetẽti non tenetur comparere.*

4 *Epiſcopus ſi facit compoſitionem de aliqua parte cum uſurario remittendo reliquum, nihil agit.*

L. CXXXII. Vlpianus.

Factum a iudice quod eius officiũ non pertinet ratũ nõ eſt.

IBI a iudice, ſubaudi alias, ſm Archiepiſcopum Flor. in j. parte ſummæ ſuper regula, ea quæ fiunt. Et ra-
1 tio regulæ eſt, quia † ubi aliquid facit ad eius officium iuriſdictionẽve non pertinens, tanquam priuatus videtur procedere, ideo ꝙ agit nõ ſubſiſtit, neque ei parendum eſt l. fi. ſupra de iur. om. iud. uiſum fuit in §. q iuſſu l. non uidetur ſupra eo. plura ac cumulat Fel. in c. cum ordinem. de reſcrip. Sumitur iſta regula ex ll. p gloſ. alleg. Et inſeritur etiam in vj. de reg. iur. in c. ea quæ fiunt. Proce-
2 ditque hæc regula † etiam in his quæ bona ſunt, quæ a iudice fiunt. uiribus enim non ſubſiſtunt cum ad illius officium non ſpectent. c. bene quidem. xcvj. diſtin. Eſtque generale non ſufficere bonum facere, niſi & bene fiat xvj. q. j. c. monachi. ij. Inducitur iſta
3 regula ad quæſtio. de † citato coram iudice notorie incompetenti, ut cõparere non teneatur, ut plene p doc. in l. fi. ſupra ſi quis in ius uoc. non ierit. Item inducitur ad alias quæſtio. ut p Ioan. And. & Phil. Frã. in d. c. ea quæ fiunt. ubi Archiep. Flor. pariter
4 dicit, ꝙ ſi epiſcopus faciat compoſitionem cum uſurario publico de certa quota remittens reſiduum reſtitutioni obnoxium certis perſonis, nihil agit nec tenet remiſsio, quia epiſcopus non eſt iudex alienæ ſubſtantiæ. c. reintegranda. iij. q. j. Et abſolutio facta per confeſſorem a caſu peccati a quo non poteſt, non tenet. Et ſi prælatus præcipiat ſubdito aliquid contra regulam ſuam, uel aliquid ei reuelandum ſaluo ordine fraternæ correctionis, tale præceptum nõ obligat nec optemperandum illi eſt. c. ſi peccaue rit. ij. q. j.

SVMMARIVM.

1 *Verba dubia interpretantur cõtra fundantem ſe in uerbis.*

2 *In dubio fieri debet interpretatio ut actus ualeat.*

L. CXXXIII. Vlpianus.

In contrahenda uenditione ambiguum pactum contra uenditorem interpretandum eſt. Ambigua aũt intentio, ita accipiẽda eſt, ut res ſalua actori ſit.

SVMITVR prima pars ex l. labeo ſcribit. ſupra de contrahen. emp. & ex l. ueteribus. ff. de pact. Et inſerĩt iſta regula etiam in vj. de reg. iur. in
1 c. contra eum. Not. ergo † ꝙ uerba ambigua ſeu dubia ĩterpretãda ſunt contra fundantem ſe in uerbis ipſis, & qui potuit apertius loqui. Deci. hic colum. prima nonnullas ampl. & declarationes ponit. latius & ordinarie gloſ. & ſcribeñ. in d. l. ueteribus. & in d. c. contra eum. Et ultra uide innumeras cottas quas citaui in l. ſemper. in obſcuris. ſupra eo. Secundo
2 not. ex. ij. parte. l. ꝙ † in dubio fieri

debet interpretatio, ut actus ualeat. Iſta regula habet plures concordantes & limi. & ex ea infertur ad multas quæſtiones;ut hic per Deci.& miror ꝙ non dicat uerbum de Iaſo.qui omnia prius poſuit ī l.quoties in ſtipulationibus.ubi idē dicitur ꝙ hic ff. de uerb.obli.Eſt etiam tex.in l.quoties.la pria.ubi Soci.ponit.ff.de reb. dub.& l.in contrahenda.ſupra eo.

SVMMARIVM.

1 *Donator non tenetur niſi inquantum facere poteſt.*

2 *Donatarius an & quando teneatur præſtare alimenta donanti.*

3 *Vſuræ centeſima non currunt poſt quadrimeſtre.*

L. CXXXIIII. Vlpianus.

In condēnatione pſonarum quæ in id quod facere poſſunt damnatur,non totum quod habēt extorquendum eſt, ſed & ipſarum rō hn̄da eſt ne egeāt.

Deci. ſe remittit ad dicta in l. Diuus. ubi quædam ſcripſi.ſupra eo. Glo.hic eſt multum corrupta. Albe. ex dictis Azo.in ſumma vnde extracta fuit hæc glo.eam corrigit approbando opi.Ioan.antiqui gloſ. ꝙ ſiue
1 †.priuilegium detur ratione perſonæ ſiue ratione contractus, ut in donatione,non tenetur quis niſi inquantum facere poteſt, ut etiam hic per Alexan.in Apoſtil. ad Bar.Et approbant etiam prælleg. ſcribentes glo.
2 hic uolentem † donatarium teneri ad præſtādum alimenta donatori.declarantes gloſ. intelligi debere de obligatione cauſatiua,ut alere teneatur ſi nolit perdere donata. ſecus in præciſa obligatione,quia directe nō poſſunt peti alimenta,ita ꝙ præſtanda de neceſſitate ſint, reuocabitur tamen donatio ſi non præſtiterit, quia ingratus eſt donatarius. & ſequitur latius diſcutiens articulum Ripa in repet.l.fi.q.xlix. C. de reuoc. dona. intelligendo de fructibus rerum donatarum. & ad petitionem donatoris,ac de donatione ſimplici. Adde & propria omniumq; bonorum,ut patet ex allegatis hic p Alex.in apoſtil.
Reputatur etiam no.glo. hic in fin.
3 uolens † poſt quadrimeſtre non teneri quempiam ad uſuras cēteſimas. Albe.allegat concor.in l.iij.C. quod cum eo.

SVMMARIVM.

1 *Verbum,reſtituo, quomodo accipiatur.*

2 *Rebannitus an recuperet fructus a fiſco perceptos.Et de clauſula reſtitutionis nume.3.*

§. Cum verbū reſtituat in lege inuenitur, & ſi non ſpāliter de fructibus additū ſit, tn̄ etiā ſunt reſtituendi.

Svmitvr ex ll.alleg. per gl. & Deci. Et reputatur hic.§.utilis.per Alb.nihil tamen ſuper eo ſcribētem, quia glo.ſufficere dicit.
1 Nota ꝙ † uerbum reſtituo, plene eſt ſignificationis, ut etiam fructuū reſtitutionem comprehendat, quia reſtitutio omnia in priſtinum reponit.l.quod ſi minor. in §. reſtitutio. ff.de mino.& hic per Deci. concludē
2 tem,ꝙ † reſtitutus aduerſus bannū & confiſcationem bonorum, debet etiam recuperare fructus a fiſco perceptos, ita tamen ꝙ in præiudicium tertij non operetur effectum.eſt materia quam late explicant. ſcribentes Mode,in l. Gallus.in §.& quid ſi tan

ſum.ff.de libe.& poſthu.Fel.in c.inter quatuor.col.pen.& fin.de maior. & obed.& in c.urgentis. de hæret.& Iaſo.in conſi.ulti.lib.j.& Mod.Alex.
3 in conſi.cliiij.ubi tradunt,quid † iuris ſi in literis gratiæ dicatur, ita ꝙ nihil opponi poſſit de confiſcatione bonorum ſeu de banno.ad quam materiam conferunt quæ ſcripſi ſuprà in l.ea ſola.Et in actu practico utilis eſt clauſula petentis rem cum fructibus perceptis & percipiendis ex omni cauſa,quod uerbum ex omni cauſa importat reſtitutionem totius,qđ actor conſecutus fuiſſet ex re uel propter rem,ſi tempore litis cõteſta. res fuiſſet reſtituta,ut ꝑ Fel.in c.inter dilectos.col.ij.de fide inſtr.

SVMMARIVM.

1 *Mora ſua unicuique nocet. Limita nume.2.3.& 4.*

§. Vnicuique mora ſua nocet, quod in duobus reis promittendi obſeruatur.

Svmpta eſt ex ll. per gloſ. alleg.Et ponitur etiam in c.mora.de reg.iur.in vi. ubi gloſ. ponit multa not.exempla.& plures effectus moræ congerit ibidem Philip. Franc. Et in foro poli nociua eſt mora in ſuſcipiendis ſacramentis præcipue baptiſmo, propter uaria pericula quæ contingere poſſunt.c.baptizari.diſt.v.ſimiliter in contritione habenda de mortalibus, quorum nondum alias pœnituit cũ recordatur peccat mortaliter,ſm beatum Thomam ideo dicitur Eccleſiaſtici.v. nõ tardes ad dominum conuerti, & ad benefaciẽdũ. & ſubuenieñ. neceſſitatibus aliorum, Matth.xxv. moram faciente ſponſo uirginibus quæ ſe non præpararunt clauſa eſt ianua. Et coruus uocẽ habens procraſtinationis non rediјt ad archam. Geñ. viij.Et leuitæ,qui moroſus fuit in recedendo a ſocero,cõtingit ſcandalũ conſtupratæ vxoris, ut habet̃ in li.Iudicũ. c.xix.

Itẽ ampliat̃ iſta regula etiam ꝙ dicti rei debendi eſſent ſocij propter ipſius regulę generalitatem,ut hic per Decj.poſt Are.in l.pe.ff.de duo.reis.
2 Limitat̃ primo hæc regula † ut non procedat in mora cõmiſſa in faciẽdo, quæ appellat̃ mora ex maleficio. qa grauior eſt cæteris, & ideo nocet alteri reo debendi.tex.eſt in d.l.pe.ubi Aret.& ſequitur hic Decius. Obſtare tñ vr̃ quia factum unius alteri nocere non debet,nec refragari uidetur ꝙ mora ex maleficio grauior ſit,quia reſpõ.poſſet,ꝙ iſta mora plus quàm alia ipſi moroſo non alteri nocere debet,etiam per ea quæ ibidem in ultj. colum.Aret.ſcribit. Fallit ſm Deci.
3 ꝑdicta regula† ĩ fideiuſſore,cui mora principalis nocet l. quoties,in diem. ff.de uerbo.obli.cum alijs hic ꝑ eum alleg.Et propterea dicunt Ange. Et Aret.in d.l.pe. ꝙ mora vnius ex reis debendi alteri nocet,quando fuit color quæſitus,quia uere unus erat fideiuſſor & alter reus,tunc factum illius qui erat principalis nocet alteri tanquam fideiuſſori,per l. mora rei.cum ibi not.per Are.ff. de uerbo.obliga.
4 Item fallit regula † quo ad interrumpendum præſcriptiouem rei debendi, uniꝰ mora nocet alteri, quando iudicialiter facta fuit interpellatio, licet glo.hic de hoc nõ curauerit, ſm Angel. ſed ut dicunt Imol. & Aret. in d.l.penul. curare debuit. nam iudicialis interpellatio præſcriptionem interrumpit, non autem extraiudicialis, ut ibi per eos & latius per Balbũ in tracta.præſcript.fol.lxx. nu.39.cũ ſeq. dum de ſecunda ſpecie interruptionis præſcriptionis tractat. Et qđ dictũ eſt de fideiuſſor, ꝓcedit quãtũ

ad perpetuandã obligationem, aliud eſt quo ad augendam, quia mora prĩcipalis nõ nocet fideiuſſori. l. 1. cũ no ta. ff. de in litem iur. hic per Deci. ad fi. commenti.

§. Dolo facit qui petit quod reſtiturus eſt.

SVMITVR ex. ll. in gl. alleg. Et ponitur etiam in vi. de reg. iur. in c. dolo facit. ubi eſt optima gl. ꝓ declaratione præſentis regulæ tradens ea quæ hic ſuccincte ſcribit Deci. Aliquas limi. & quæſtionum deciſiones ponũt ibidẽ Ioan. And. & Phi. Frã. ul de ẽt Raph. Com. in l. dolo facit. ff. de excep. doli. Are. inſti. de excep. in pe. char. & Deci. in conſ. ccccxxiiij.

SVMMARIVM.

1 *Qui proprie dicatur aliquid non poſſe. & nume. 6.*

2 *Epiſcopus negligens in petendo abſolu. à ſuſpenſione, poſt negligentiã dicitur non velle ſeu negligere.*

3 *Negligenti remouere impedimentũ quãdo poterat currit tempus abſque ſpe reſtitutionis.*

4 *Hæc regula quando non procedat. & numero 5.*

L. qui commeatus. ff. de re mili. ornatur.

L. CXXXV. Vulpianus.

Qui poteſt facere vt poſsit conditioni parere, iam poſſe uidetur.

EXEMPLA gloſ. licet Deci. cum eis tranſeat, non placet. Alb. de Roſ. hic, quia in eis conditio habetur pro impleta. hic autem non quærimus exempla in quibus conditio pro impleta habeatur, ſed in quibus intelligatur quis deductus in ſtatũ potentiæ adimplendi, ideo exemplificat in l. quibus diebus. in prin. ff. de condi. & demon. & l. ſed & ſi per prætorem. in. §. j ff. ex quib. cau. maio. & in c. fi. de elec. Et ꝙ iſtã intelligentia ſit uera probatur, quia de primo articulo, ꝙ conditio habeatur pro impleta quñ ſtat per eum in cuius perſonã impleri debet quin adimpleatur, tradita fuerat regula ſupra ĩ l. iure ciuili. ideo dicendum idem non repeti hic, ſed aliud dici, id autẽ quod ſupra oſtendimus dicitur.

1 Ille igitur † dicitur proprie aliquid non poſſe, qui etiam ſi faciat diligentiam hoc nõ poteſt. ſecus ſi ex ſua diligentia impedimentũ remouere poſſit. iuribus præallega. ſecundum Are. etiam in c. teſtimonium. col iij. de teſti. adducentem alium tex. optimum in c. j. in uerbo in mora. ne ſede uac.

2 lib. vi. ubi dicitur, ꝙ † epiſcopus qui eſt ſuſpenſus, ſi eſt negligens in petendo abſolutionẽ a ſuſpenſione, poſt negligentiam nõ dicitur amplius impeditus conferre beneficium, ſed potius non uelle, uel negligere, ideo poteſtas ad capitulum deuoluitur. propterea infert ad aliam quæſtionem, ut ibi per eum.

Ex prædictis decidũtur duæ aliæ not. quæſtiones, ut per Soci. poſt Bald. & alios per eum relatos in princi. dicta

3 l. quibus diebus. Quando † igitur impeditus remouere potuit tale impedimentum & fuit negligens in remouẽdo, currit tunc ſibi tẽpus abſq; ſpe reſtitutionis, ut plene per Felyn. in c. extranſmiſſa. colũ. j. ubi Pariſius iii. de præſcrip. & Balb. in tracta. præſcript. fol. lxiii. nu. xxiii. plura alia ad propoſitum & materiam iſtius regulæ uide per Ro. ĩ cõſi. ccccxxxv. Pau. de Caſt. ĩ cõſ. ccxcii. in antiquis. Alex. in conſi. lxxii. col. fi. lib. v. Rimi. in l. procurator. ĩ ult. no. C. de eden. Dec. in c. cum inter. colũ. viii. de except. &

in ꝯſ.dclxxvii.& Crotum in repeti. l.ſi is qui pro emptore.in iii.col.penul.char.ff.de uſucapio. Et iſta
4 regula ſecundum Deci.uidetur † locum habere qñ quis aſtringitꝰ ad aliquid facieñ. ut in d.c. ſi. alias ſecus. ita procedit limitatio gl.per tex.in l. is qui hæres.in gl.alleg. Sed non eſt limitatio ſi bene aduertatur & conſideretur, quia ibi uidetur poſſe, & uere potuit parere, ſed noluit, & cũ eſſet poteſtatiua nihil ſibi imputatꝰ. Magis poſſet capi per limita.alterius regulæ de qua ſupra dixi.ꝙ conditio habetur pro impleta qñ ſtat per eum q debet implere quin impleatur, ut non procedat in conditione poteſtatiua. quia cum ſit collata in arbitriũ partis non habetur pro impleta niſi uoluerit. Et de illo tex.l.is qui hẽs, uide pulchre ibi Are. & Iaſ. ſequẽtẽ ſol.gl.in.§.qui ſub conditionẽ.hic p glo.allega. ut iſtud.non procedat in caſu illius. §. quo ad edictum ibi relatum, quia conditio quamuis poteſtatiua pro pura habetur, hocq; magis placet quam id quod ad illũ tex. hic ſcribit Albe.ꝙ quantum ad damnum eius in cuius poteſtate erat pro impleta & pura habetur, ut ibi, non quantum ad illius commodum d.l.is qui hæres. quia non liquet de commodo allegato in d.l.is qui hæres. Et ſi fuiſſet commodum non eſt ueriſimile ꝙ fuiſſet repudiatũ.tene ergo ſol,gl.in d.§.qui ſub conditione.
5 Secundo intelligitur regula † qñ impedimentũ de facili remoueri poteſt,ut in iuribus ſupra alleg.ſecus ſi eſſet difficile remouere impedimentum quia excuſatur ſi fecit quod potuit l. qui commeatus. cum ibi no.p Bar.ff.de re mili.ſecundum Deci.Põdera tu iuriſconſult.id ſatis clare hic
6 uelle in uerbo poteſt. nam † id poſſe dicimur,ꝙcommode poſſumus.l. nepos ꝓculo.cũ gl. & not.ibi ſupra ti.i. Et pro intelligentia ac declaratione d. l. q,commeatus. uide Dec. in c.ex ratione.col.antepe.cũ ſeq. de appella.& Pariſi. in d.c.ex trãſmiſſa. de præſcript.

SVMMARIVM.

1 *Ius de futuro nõ poteſt repudiatione tolli, ſed pacto.& quæ ſit ratio.*

2 *Qui non poteſt repudiare non poteſt adire, ſed affirmatiue ita indiſtincte nõ procedit.*

Quod qui, ſi velit, habere non poteſt, id repudiare non poteſt.

Svmitvr ex ll.in gl.alleg.in quibus exempla ponuntur. Facit regula,eius eſt nolle cum ibi dictis ſupra eod. Not. ergo ex iſto tex.cũ
1 glo. † ꝙ ius de futuro repudiatione non tollitur,ſed bene pacto,quod pactum duorum cõſenſu nititur,ſicque fortioris uirtutis eſt.ſimplex uero renuntiatio ſolo renunciantis conſenſu nititur.Idẽ dicit glo.magna.l.i. C.de pact.in ii.parte.ubi doo. ꝯ hanc rõnẽ plura dicunt, difficultatem præſentẽ hoc modo cõiter reſoluẽtes, ꝙ ideo ſola renunciatio non ualet,quia ſimpliciter renuncians ſolũ agit de aliquo iure a ſe abdicando, ideo nõ poteſt abdicare quod nõ habet,quia priuatio præſupponit habitum l.decem ff.de uerb.obli.l.remitit. ff. de iureiur.cum uulg.ille autem qui paciſcitur de non petendo iure conditionali,non ſolum agit ut a ſe abdicet,ſed etiam agit ut eius perſonam aſtringat de præſenti ad non petendum in futurum, ideo potuit in eius pſona talis obligatio fundari,&ſubſiſtit.ita poſt Saly.& pau.de Ca.declarant ĩ d. l.i.C.de pact.Are.col.i.Deci. vi.Mode.Pap.iiii.& alii ſcribẽ.ubi qñq; or-

ſonæ quia competit fideiuſſori. l. ſi quid. ff. de cõpen. & omnis exceptio rei cohærens, quæ opponi põt uenditori, pariter emptori poterit opponi. l. ii. & l. omnes. ſupra de excep. nõ facta diſtinctione an cõpetat ex cauſa lucratiua, uel non, ut hic per Albe. & per omnes in l. doli. ſupra de noua. Item infertur etiam ad aliã quęſtionem de qua ſcripſi ad fin. l. aliud ſupra eo. titu. Et intellige ſane hãc regulam, ꝙ ius iam cauſatum & exiſtens penes auctorem meum. ſi in me tranſeat, non debet eſſe melioris cõditionis & qualitatis penes me, quã erat penes auctorem meum, Ita intelligitur iſta regula, q̃a tale eſt ius creditori, quale eſt ius obligatoris, ut ꝑ hanc regulam pulchre ſcribit Bal. in
3 conſ. xxii. lib. ii. Secus † in re trãſeunte de una perſona ad aliam, quia mutata perſona mutatur ſtatus rei. qualitas. n. ſuperueniens ius mutat ſucceſſionis, etiam in perſona eiuſdem. l. ſi ſeruus. in §. qui fidei commiſſariã ff. de hære. inſti. ibi, nõ ut deſinat hæres eſſe, ſed ut ius mutetur in eo ſucceſſionis. Et in pluribus ſimilibus patet ꝙ cauſa extrinſeca, feci ſcilicet accedente, mutatur conditio & natura rei, ut in ſucceſſione cuius qualitas alteratur mutatione perſonæ. l. paulus alias per procuratorẽ. ff. de acqui. hæred. & in iure patronatus de laico in eccleſiaſticam perſonam deuoluto. c. i. de iure patr. lib. vi. Similiter in poſſeſſione laici quę poſtquam tranſlata eſt in eccleſiam, liberata eſt ab oneribus & collectis laicorũ. c. ii. de immuni. eccle. lib. vi. Et generaliter
4 † quælibet res iudicanda eſt ſecundũ præſentem & nouum ſtatum qui ei acceſſit, non ſecundum antiquum c. ferrum. l. diſtin. l. nõ diſtinguemus. §. ſacerdotio. ff. de arbi. cum multis aliis ſimilibus. de quibus per Calder. in diſputatione incipiente impetrauit clericus beneficium. Pet. de Ancha. in conſi. clxxi. caſus talis col. ii. ꝙ conſil. ccccliiii. col. fina. Bar. conſi. clxxx. Alex. ꝯſil. xxxv. col. pe. lib. iiii. Soci. conſi. xcvii. col. ii. lib. i. Bolog. conſi. iiii. Iac. de ſancto Geor. in ſuę feud. inueſti. in uerbo, qui quidem in ueſtiti. col. xvii. cũ ſeq. Præpoſi. Mediola. in ti. qualiter vaſ. deb. do. fid. iur. col. fi. Iaſ. conſi. xxi. lib. i. Deci. in l. i. in §. fi. ff. de offi. eius. & in l. in omnibus cauſis. ad fi. ſupra eo. ti. & Frã. de Curte iunio. in conſi. xlii. Dicemus etiam quædam ad hanc regulã conferẽtia, in l. qui in ius. infra eo. & nonnulla dicta fuere in l. fœminæ, in §. primo. ſupra eo.

SVMMARIVM.

1 *Permitti nõ debet, ut propria auctoritate ſibi quis ius dicat.*
2 *Creditor an poßit ſibi ſatisfacere de bonis ſui debitoris.*
3 *Poſita in ſolo à ſe poſſeſſo an quis poßit deſtruere.*
4 *Creditor an poßit vigore pacti capere ſuum debitorem.*
5 *Captura perſonæ an poßit committi parti.*
6 *Occaſio ſeditionis & tumultus remoueri debet. Et quid ſit ſeditio. nu. 7.*
8 *Si familia poteſtatis dubitet eripi ſibi captiuum, occidere iuridice poſſunt.*

L. CXXXVII. Vulpianus.

Non eſt ſingulis concedendũ quod per magiſtratum publice fieri poſſit, nec occaſio ſit maioris tumultus faciendi.

Glo. exemplificat ut per eam. ex
1 quo patet, ꝙ † non debet alicui permitti ꝙ auctoritate ꝓpria ius ſibi dicat l. j. ne quis ĩ cauſa ſua iud. ubi ſcribentes ponũt plures caſus in quibus

hoc pmittitur. Deci.hic adducit plures cottas in hac materia, in quibus etiã traditur an & quando poſſit quis auctoritate propria rẽ ſuam accipere, ubi aliter per iudicem illam conſe qui non poteſt. Et utrum † clam & occulte poſſit quis de bonis ſui debitori capere, ſibique ipſi ſatisfacere: Et ultra accumulata hic per Deci. plura alia ponunt Signoro. in conſil.lxxv. col.vij.& in conſil.cviij. Bald. in l.j. colũ.ij.C.ſi quacunque prædi.pot.& in c.j.§.fi.uerſi. ſed quid ſi dominus. de prohib.feu.alie. Abb.in tract.concilij Baſil.in quinto membro, ſecundi dubij.col.j. Pau.de Caſt.in conſil. xxxv.col.j. Alexan.in conſil.cxxxv. lib.j.Soci.conſi.cxx. col.viij.lib.j.& conſi.xxxvj.col.fi.lib.ij. Bolog.cõſil. v.col.vj.Zabarel. in cle. ii.§. ut illud q.pe.de re iudi.Cardi.Alexã.in c.ius militare.colũ.ij.j.diſtin. Peruſi.in c. cupientes.in princ.in glo.malignantium.de elect.in vj. Barb.in c.nouit. col.vj.de iudi.Fely.in c.j.col.vi.eod. titu.Deci.in c.cũ ueniſſent. illo met tit.& in d.c. nouit ſuper gl. iudicare. Bru.Aſten.in conſil.xix. & xxxj.

3 Et quando † auctoritate propria poſſit quis in ſuo & a ſe poſſeſſo poſita tollere & deſtruere: Dec.late in conſ. ccxxj.col.ij.& Aquen.in l.j.in.§.nunciatio.ff.de noui oper. nunc. Et an

4 † per pactum initum liceat creditori auctoritate propria debitorem capere? & hæc regula facit ꝙ non liceat, quia hoc magiſtratibus tantum conceditur, ergo priuatis denegatur. Et licet ſint hinc inde multa arg. tamen hæc eſt ueritas, ſecundum Alberi. de Roſa. hic facit text. in l. liber homo ff.ad l. Aquil. in ratione ibi allegata, ꝙ nemo ſit dominus membrorũ ſuorum.ad quod uide Guido.Papæ in q. lxj.& cclxxviij.& Deci.ĩ cõſ.dclxix.

5 Sed maius dubiũ eſt an † executio & captura perſonæ committi poſſint parti, Bar. Alex. Aret. Iaſ.& alij communiter in l. iuſte poſſidet. ff. de acqui.poſſeſ.concludunt ꝙ ſic, dũmodo executio non habeat annexã cauſæ cognitionem, & fiat ſine armis & reſiſtentia, alias ſecus. Fel.autem in c.de cætero.colũ.iiij.de re iudi. & in c.cum cauſa.col.ij.de offi. delega.refert Bald.in quæſtio.incip.accuſatus. col.xviii. dicentem ꝙ Barto.male & inſipide loquutus eſt, quia poſſum in re mea fieri metus executor,& ꝙ iudex & lex armat me, non ego, & ſic ꝙ poſſum uim inferre cum moderamine tamen, quodque hoc non uidetur facere pars tanquam aduerſarius ſed tãquam officialis prætoris. Et ad regulam legis noſtræ reſpon. debere intelligi quando quis facit auctoritate priuata, ſecus ſi publica per quam etiam priuatus poteſt uim inferre.& ꝙ hæc lex nõ negat quin iudex hoc cõmittere & permittere poſſit. Sicq; tenet poſt Bal.Innocen.& Rom. ibidem allegatos, ꝙ ſit licitum auctoritate iudicis defendere & mouere arma etiã cum uiolentia pro accipienda re ſua. Hanc deciſionem Bald. & aliorum referunt etiam Alex. Iaſ. & alij in d.l.iuſte poſſidet.dicẽtes re cedendũ non eſſe ab opi.Bar.& com muni tanquã æquiori & ſcandali eui tatiua. Et ad.§.j.l.ij. de ſeruis fugi. reſpon.Are.& Aquẽ.in d.l.iuſte. hoc ibi permitti propter frequentiã, utq; ſerui a fuga deterreantur,& ſimiliter homines ab occultatione ſeruorum fugitiuorum,& dicit ibidem Aquen. ꝙ Felyn. nihil quod ſtringat contra communem citat. Quod igitur fieri poteſt per magiſtratum forti armataque manu ac cum uiolentia ẽt contra reſiſtentem executioni iuſtitiæ, fieri nõ debet nec poteſt per partem etiam de licentia a commiſſione iudicis, ne oriantur ſcandala, uel præſtetur occaſio faciendi tumultus, ut hic dicit

6 dicit tex. Et ſic no. ꝙ † occaſio ſeditionis, & tumultus remoueri debet. facit. l. penul. ff. de ſiccar. & §. j. in auten. de manda. prin. & eſt crimen læſæ maieſt. l. j. ad ſi. ff. ad l. iul. maie. & hic per Deci. Eſt autem ſeditio
7 quietis † perturbatio. l. j. & ij. C. de ſeditio. differtque a bello, quia bellū pertinet ad hoſtes, ſeditio ad ciues. ſecundum Gregorium. Quā quidem materiam ſeditionis & tumultus populi. ponunt ſcribentes in præal. l. j. & ij. C. de ſeditio. Card. Alex. in c. ſeditionarios. xlvj. diſt. Iaſo. in conſil. clxvij. lib. quarto. & Gramma. Neap. in uoto xix. Poſtremo utilem, & pulchram deciſionem per hanc legē tradit Bal. in l. addictos. C. de epiſco.
8 audien. † de captiuo ad carceres, uel ad iuſtitiam per familiam poteſtatis conducto, ſi dubitet eum in itinere ſibi tolli, & liberari, non poteſt illū interficere niſi habeat ad id ſpecialē commiſſionem, tunc enim faceret, ut perſona publica & mandato ſuperioris, ita ꝙ excuſaretur, ſecus ſi ut priuata, quilibet enim priuatus talē captiuum occidens capitaliter dicit, puniretur per legem noſtram, quod ual de not. eſt.

§. Infinita eſt æſtimatio libertatis, & neceſsitudinis.

Primum dictum de libertate declaratum eſt, & expeditum in l. libertas. Secundum de neceſſitudine, id eſt coniunctione ſanguinis, in l. iura ſanguinis. ſupra eod. tit. ubi uidenda ſunt quæ diximus.

SVMMARIVM.

1 *Succeſſor particularis etiam iure domini uti debet.*
2 *Immunitas loco conceſſa, ad ſucceſſorē loci tranſit.*
3 *Ius perſonale mutatū mutatiōe perſonæ.*

L. CXXXVIII. Vlpianus.

Qui in ius dominiumve alterius ſuccedit, iure eius uti debet.

Concordant plures aliæ regulæ huiuſce noſtri tit. de quibus per glo. in l. in omnibus officijs. in §. non debeo. cum ibi dictis ſupra eod. Et ex hac ſumpta fuit regula c. is qui in ius. de regu. iur. in vj. ubi gl. notabilis exemplificat, & rationem regulæ aſſignat.
1 Et locum habet hæc regula † etiam in ſucceſſore particulari, & ſingulari, cum loquatur de illo qui ſuccedit in ius dominiumve alterius, exemplum in l. ſi aquæductus. ff. de contra. empt. ubi ſeruitus aquę ducendæ, quæ debetur prædio, tranſit in emptorē prædij, & in l. forma. in §. quanquam. ff.
2 de cenſi. ubi † immunitas loco cōceſſa. ad ſucceſſorem loci porrigitur: declarando, ut hic etiam per Deci. per Alex. Iaſ. & alios in l. quædam. in §. nihil. ff. de eden. Iaſ. in l. ait prætor. in ij. not. ff. de iureiurand. & latius ꝑ Phil. Franc. poſt alios in d. c. is qui in ius. ubi inducunt ad plures q. & per Alex. in conſ. xij. colum. ij. libr. quarto. ubi hanc regulam procedere dicit in eo qui uellet uti iure ſeu titu. auctoris ſui, alias ſecus. l. an uitium. cum ibi no. ff. de diuer. & temp. ꝑſcr.
3 cum alijs ibidem alle. Item † nō procedit in iure perſonali quod mutatū mutatione perſonæ. c. unico. de iure patr. in vj. ubi gl. no. in uerbo ſemeſtre. inducit ad not. quæſtiones.

SVMMARIVM.

1 *Ignorantia iuris, an excuſet à dolo.*

§. Nemo uidetur dolo facere qui ignorat cauſam cui non debeat petere.

SVMITVR ex §. & generaliter.l.ij.in glo.alleg.

1 Quomodo autem † & qualiter iuris error,uel ignorantia excuſet a dolo,& bonam fidem cauſet, tradit hic Deci.concludens excuſare ignorantia durante, ſecus ſi ſuperueniat ſciẽtia, quia ſi perſeueret non excuſar̃. Bal.in l.cum ancillis. per illum text. C.de ſecun. nup. De qua materia late per Fel.& alios in c.de quarta, de præſcri. Alexã. & alios in l. ſi quis id quod.ff.de iuriſ.om.iud. Balb.late de præſcrip.in repe. l.Celſus. in quarto not.de uſucap.

SVMMARIVM.

1 *Acceſſorium illius efficaciæ, uirtutis,et naturæ eſt,cuius principalis. Amplia. nume.2.3.4.Limita num.14.15.16.17 18.19.*

5 *Marito ex forma ſtatuti lucrante partem dotis,an partem bonorum parafrenal.lucretur.*

6 *Acceſſorium duplex.*

7 *Legata & fideicommiſſa quomodo ſint acceſſoria ad teſtamentum.*

8 *Dependens,appendix, appenditia quid ſint.*

9 *Acceſſorium an uidetur reciſſum,reſciſſo principali.*

Gloſ.§.patronum.l.ſi patronus.ff.ſi quid in frau.ornatur.

10 *In cauſa ſummaria,an legitimatio perſonarum ſit ſummaria.*

11 *Pactum ſuper principali trahitur ad acceſſorium.*

12 *Ortus contiguus domo, an ueniat in domo conceſſa, uendita,legata, uel in feudum conceſſa.num.13.*

L. CXXXIX. Vlpianus.

Cũ principalis cauſa non conſiſtat plerunque nec ea quidẽ q̃ ſequũtur,locum habent.

SVMITVR ex ll.in gl.alle.Excepto uerbo plerunque, ponitur ad uerbum in l.nihil dolo. in §. j. infra eo.& inferiẽ in vj.de re.iu.in c.acceſſorium.ubi gl.& ſcribentes.

1 Nota ergo ꝙ † acceſſoriũ ex principali productum uel deriuatum illius efficaciæ,uirtutis, & naturæ eſſe debet, cuius eſt principale producens, ſeu deriuans,ſecundum Ioã. Andræ. & alios,in d.c.acceſſorium. Quæ regula

2 locum habet † ſiue loquamur de principali inducendo, ſiue tollendo, ſiue confirmando,ut acceſſorium inducatur,tollatur, & confirmetur cũ principali, ut per gl.Ioan.Andr.Phi. Fran.& alios in d.c.acceſſorium. & ꝑ Fel.in c. inter dilectos.de fide inſtru. Et quicquid dicat Phil.Franc. loco

3 præalle. procedit † etiam ſi acceſſorium eſſet pretioſius & nobilius ipſo principali,quia extinguitur extincto principali.text.eſt nota. in l. & ſi non ſint,in §.perueniamus.ff. de auro & arg.leg. uoluit etiam Bart. in l. j.& ij.ff.de pecul.leg.Ro.in fin.628. & Corſe.in ſing.in uerb.legatum.

4 Item † procedit in ſtatutis, quia ſi loquantur de principali, locum hñt etiam in acceſſorijs.l.iij. §.hæc uerba.ff.de nego. geſt. cum not. ibi per Bal.& Phil.Fran.in d.c.acceſſorium.

Ex quo inferri poteſt ad notabilẽ

5 quæſt.† an quemadmodum maritus ex forma ſtatuti lucratur partem dotis uxore ſine liberis præmoriente, ita lucretur partem parafrenaliũ bonorum,ſiue ſcherpe, ut uulgo dicitẽ? Iſta regula ut ſupra ampliata probat ꝙ ſic,& ita uoluit Ioan. de ana.in cõſil.xxxvj.& Bolog. ibi in addi. & ita etiam conſuluit Curti.iun. in conſil. cxxix.colum.fi. per dicta Io. de ana. in conſi.præalleg.ꝙ ſtatutum loquẽs de lucro dotis. locum etiam habeat in bonis parafrenal.& uidi cõſultum per ſolennes uiros & practicatum.

1 Not.primo ex tex.ꝙ†ſi princeps ei quẽ uiuere opinabatur beneficiũ dederit, & ille mortuus cōperiatur, conceſſio non ſubſiſtit. Ratio eſt in prōptu, quia in interpretatione huiuſce beneficij, ſeu priuilegij mens concedentis attendi debet c. cum te.de reſcrip.c, inter alia.de ſen.excōmu.l.ex facto.in prin.cum ibi not. per Iaſ.in iij.no.ff.de uulg.ſed in propoſito noſtro mens principis fuit uiuenti dare iō mirũ non eſt ſi non tenet conceſſio cōperto ꝙ mortuus ſit. Sed refragari vr̃ tex.in l.ſi iam facta.ff.de condi.& demon.vbi legatum a teſtatore ſub conditione caſuali fc̃m̃ debetur, licet conditio ante teſtm̃ impleta eēt ignorante teſtatore, cum multis alijs iuribus alle.per Alexã.in conſi.cxlvj. infra adducto.per quæ iura dicunt doct.ꝙ ſi papa mandauerit alicui prouideri de primo. beneficio uacaturo in certa eccleſia prouideri poterit de beneficio ꝙ tp̃e datę vacabat licet pōtifex uacare ignoraſſet, Itē ꝙ ſi teſtator centũ legauerit pro Berta maritãda, debebuntur quãuis nupta eſſet teſtamenti tp̃e. Itē ꝙ conceſſio pontificis de teſtando facta alicui incapaci, cardinali puta, vel ep̃o de bonis acq̄ſitis ex beneficijs, trahitur ad teſtm̃ ante huiuſcemodi conceſſionē & licentiã factũ, ꝙ ex tali indulto confirmatur. Et ſimiliter mãdatũ ad contrahēdũ matrimoniũ cũ tali fc̃m̃ operatur licet tunc iã eſſet contractũ, & ratificationē inducit, ut de iſtis tradit Alexan.in conſi.cxlv.lib.v. Et aliqua ex prædictis declarat Soci.in d.l.ſi iã facta.& Bru. Aſten.in ſuo tract.de reb. ſeu diſpoſitionibus dubijs. fol.xxx. capite incip. diſpoſitio circa aliquid faciendum an trahatur ad iam fc̃m̃.

Reſpon. poteſt, ꝙ in prædictis nō ceſſat mens legantis, mandantis, uel concedentis, nec cã impulſiua aut finalis, prout ceſſat in terminis iſtius legis, ut dixi. iō nimirũ ſi diſpoſitio ſortitur effectũ licet eo tp̃e actus explicandus ex forma uerborum diſpoſitionis factus cōperiatur, ut ſentiunt ēt Alex.Soci. & alij ꝑalle.& pulchre Alex.in conſi.xcv.col.iij.lib. vij. vbi conſuluit non ualere gr̃am a ſummo pontifice impetratã de conſequendo

certũ quid pro nubendo ſi filia iã nu pta erat. quia licet ut dictum eſt quã do teſtator ſub ea conditione legat debeatur legatum licet filia nupta ſit quia ibi nulla culpa ſurreptionis uel obreptionis committitur per legatarium, iõ non efficitur indignus legato, ſecus tñ in impetratione facta ſeu q̃ præſumitur facta ad poſtulationẽ ſupplicantis, quo caſu literæ gratioſæ uitiantur, ſiue ſurreptio aut obreptio fuerit cã inductiua & finalis ipſius gratiæ. ſiue impulſiua adeo ꝙ cõcedens ſurreptione ceſſante conceſſurus fuiſſet, ſed non ita de facili aut leui c. poſtulaſti. de reſcri. Propterea ẽt infertur, ꝙ licet ſufficiat ꝙ qualitas reperiatur ineſſe tpe quo dies diſpoſitiõis cedit. l. ſi cognatis. ff. de re. du. ſi quis tñ alicuius beneficij expectatiuam impetrauerit uti Papæ familiaris, cum tunc talis non eſſet, ſed poſtea effectus eſt, conceſſio non valet, ceſſat. n. mens concedentis, qui ad initium ſe retulit, ita conſuluit Bald. in conſi. ccccxlvij. incip. Petrus lib. iij.

2 Nunquid ãt † mortuo beneficiũ dari poſſit? Dec. hic concludit nõ poſſe mortuo legari, nec literas dari, neque doctoratum conferri, ſi tñ priuilegiũ conueniat ẽt mortuo, ut ꝙ in ciuitatẽ deferri poſſit qui uiuens ibi ſtare nõ poterat. concedi darique ualebit, ut per eũ. De quo pulchre per Abb. & Fel. in c. a nobis. el ij. de ſen. excõ. Aſſignantes rõnẽ cur mortuus doctorari nequeat, ſed bene militia di-

3 gnitate que exornari. Eccleſia † uero cõmunicat theſaurũ ſuum etiã mortuis, ad quos ſaltẽ ꝑ modũ ſuffragii ſummi Põtif. ſe extẽdit auctoritas & ptãs, ut per Fel. in trac. de indulgentiis in q̃õ. inci. hodie mecũ eris in paradiſo. co. vij. Et ꝙ mortuus nequeat

4 ad † ſepulturã deferri ubi uiuus commorari ꝓhibeat, ꝑterquã ex licencia & beneficio principis, eſt tex. in l. ij. ſupra de cad. punit. Et his diebus ꝓteritis occiſo quodã nobili bãnito Mediola. in hac ciuitate Vercel. illius affines & amici nec a ſenatu, nec a Cæſare impetrare potuerũt, ut poſſet ibidẽ ſepulturæ tradi. De qua materia eſt ẽt text. not. in c. ſacris. de ſepul. & no. Fel. ĩ c. mulieres. el ij. de ſen. exc. Dec. in l. ii. C. qui teſt. fa. poſ. Hip. de Marſ. limitantẽ in oſſibus delatis in l. ſi. col. pe. ff. de q̃õ. Et quemadmodũ

5 † mortuus beneficio ꝯdonari põt, ut dictũ eſt, & laudabilius extolli. c. religioſus. de reliqui. & uen. ſan. in vj. Iniuria, & offenſa affici. §. ſoluta. in auc. de nup. §. j. ubi late Aug. inſti. qui, & ex q. ca. ma. nõ poſ. Bar. ĩ l. j. ff. de his q̃b. ut indi. & Bal. in l. ſororẽ. C. e. ti.

6 Secũdo no. beneficiũ † principis ab ipſo principe eſſe interpretandũ, de quo eſt tex. opti. in l. ex facto. ĩ prin. ubi late Iaſ. in iij. not. ff. de uul. & tradit Roma. in conſ. ccccxciij.

L. CLIII. Marcellus.

Ea quæ in partes diuidi non poſſunt, ſolida a ſingulis hæredibus debentur.

SVMITVR ex l. ij. in §. & harum. & §. ex his. ubi late ſcribentes. ff. de uerb. obl. & in §. cato.

§. In re dubia benigniorem interpretationem ſequi non minus iuſtius quam tutius eſt.

EXPEDITA eſt in l. ſemper in dubiis, ſupra eodem.

SVMMARIVM.

1 *Dictio perinde, quãdo fictionẽ denotat.*
2 *Aditio hæreditatis retrotrahitur ad tẽpus mortis.*
3 *Poſſeſſio non tranſit niſi apprehendatur*
4 *Repudiatio retrotrahitur ad tẽpus mortis ut aditio.*

L. CLIIII. Celſus.

Omnia fere iura heredum perinde habentur ac ſi continuo ſub tempore mortis hæredes extitiſſent.

SVMITVR ex ll. in gl. allega. & ex l. hæres quandocunque, ff. de acqui. hære. ubi clarius dr, hæres quandocunq; hæreditatem adeundo, iam tunc a morte defuncti ſucceſſiſſe defuncto intelligitur. In text. ibi hæredum iura. i. quæ tranſeunt ad hæredes. & qđ ſubiungit a tpe mortis, intelligitur. i. immediate poſt mortem, ſm Alb. hic. & probatur clare in d. l. hæres, ibi. a morte defuncti. In eo.
1 tex. ibi, †perinde &c. ut infra dicetur denotat fictionem, idq; eſt regulare, niſi ponatur in his quæ ſunt, iuris. tūc enim ueritatem denotat, ut per Alex. in l. ſi quis vi. in prin. ff. de acqui. poſ. de quo uide Areti. & Ripam in. l. rem quæ nobis. col. j. illo eo. ti. Not. ꝙ
2 †aditio hæreditatis retrotrahitur ad tps mortis, perinde eſt. n. ac ſi immediate hæreditas fuiſſet adita & iura acquiſita, & ſic eſt per uiam fictionis non ueritatis recto tramite. Quod facit ad qō. de qua hic per Deci. & latius Are. in d. l. hæres. ubi regulam l, noſtræ inducit ad quaſdam uo. q. Vtitur autem hic iuriſcōſul. temperamē to, fere, ad denotandum regulam nō ſp procedere, exempli gra vbi extrema quę requiruntur in fictione trāſlatiua de tpe ad tps non ſunt habilia, ut in caſibus no. per gl. in d. l. hrs. qñcū que & in l. hrs in oē eo. ti. & in regula nra ubi Deci. aliū adiūgit caſum faciunt quæ uidimus in regula, quæ legata. ſupra eo. Potes aliū caſum ad-
3 dere †de poſſeſſione quę tranſlata nō fingitur, neq; tranſit, niſi apprehendatur l. j. §. ſceuola. ſupra ſi quis teſt. lib. & l. cum hæredes. ſupra de acquir. poſ. & ſic acquiritur ſolū a die apprehenſionis, niſi quantū ad complendam ceptā præſcriptionem. intelligitur enim eo reſpectu poſſeſſio in hæreditate fuiſſe & in hæredem tranſire et ſine apprehenſione. l. ceptā. & l. nū quam §. uacuum. ff. de uſucap. & hoc ſingulari quodam iure receptum eſt, ut dicit tex. l. pe. in §. nondū. de uſucap. de quo per Bart. & ſcribentes in l. ſi is qui pro empt. ubi Iaſ. col. xlv. illo eod. ti. Poſtremo not. ꝙ ſicuti hæreditatis aditio ad tps mortis re-
4 trotrahitur, eodem mō † repudiatio ad dictum tps retrotrahitur. Are. pulchre in conſi. cl. incip. viſis diligenter ad fi. iiij. col. Sic et in iure accreſcendi. eodem enim modo retrotrahitur ne contingat quem decedere pro parte teſtatum & pro alia parte inteſtatum, ut per docto. in l. re coniuncti, ubi Ripa col. xxv. ff. de leg. iij.

SVMMARIVM.

1 *Hæredis appellatione ueniunt omnes hæredes in infinitum. Amplia nu. 2. 3. 4. 5. & 6. Limita numer. 8. 10, 11. 12. 13, & 14.*
Papa dicitur ſucceſſor Petri licet fuerint plures intermedij poſt nu. 2.
7 *Libellus in quo quis dicit ſe hæredem inſolidum, cum habuerit fratrem qui deceſſit poſt immixtionem, ſuſtinetur & ualet.*
9 *Hæredis appellatio comprehēdit omnes hæredes ex mente & utilitate, ſecus de propria uocabuli ſignificatione.*

L. CLV. Modeſtinus.

Qui per ſucceſſionē lōghiſſimā defuncto heredes extiterint, non minus hæredes intelliguntur, quam qui principaliter heredes.

In text.ibi principaliter,id eſt im mediate,ſecundum Alber. hic.

1 Not.ꝙ appellatione † hæredis, ueniunt omnes hæredes in infinitum. Ad idem l.hæredis appellatione.& l. ſciendum.ſupra titu.j. & l.ſi quis filium.§ fina.ff.de acquiren.hære.cum alleg. per Alexan. in conſi.xlix libr. vj. & eſt antiqua iuris regula, ut dicit text.l.fina.C.de hære.inſti.

Ampliat̃ regula iſta quatuor modis per Iaſ.in d.l.fi.& in §.fi.d.l.ſi qs filium.cuius dicta eo tacito tranſcribit hic Decius. Prima ampliatio eſt,

2 ut † procedat etiã in alio ſucceſſore. c.j.de homic. in vj. cum ibi not. per Gemi.ubi Inno.papa ſe Petri ſucceſſorẽ dicit,cum tñ multi fuerint medij.ut hic p Deci.& Iaſ.in d.l.fin. & in d.l.ſi quis filiũ.in § fi.col.j. de acquir hære. Secunda ampliatio, ut

3 procedat † regula ẽt in eo qui nõ eſt hæres hæredis, uerũ ei ſucceſſit alio titulo uniuerſali nõ hæreditario, ut dicatur hæres principalis defuncti quamuis non ſit hæres hæredis. text. eſt ſing.in l.j.ff.de caſtren.pec. ſcdm Iaſ.ibidem.& Ro. in ſingu. 690. ubi mille effectus mirabiles ex hoc ſequi dicit,& ꝙ contra illum text.quilibet prima facie reſponderet. ſed & ſi illũ text.quis non uidiſſet poſſet iſtud dictum facile probare per regulam.l.in pari.§.hi qui.infra eod.titu.

4 Tertio extende † ẽt in implemento conditionũ,quæ licet in forma ſpecifica impleri debeant,dando tñ hæredi hæredis impleri dñr.l.ſi ſtatulibera.§.non ſolum.& §.ſi filiusfamil ff. de ſtatulibe.l.cum ita datur.§.fin.ff. de condi & demon.ut hic p Deci. &

5 Iaſ.loco palleg. Quarto amplia † ẽt ſi dicatur ſcriptis hæredib. uenit tñ hæres hrdis.l.j.ubi Bal. not. C. quo. lega.l.cum filio. i uerbo,ſcriptos.ff. de uulga.tradit Iaſ.loco palleg. Qđ mirũ ur,quia ubi eſt mentio de hærede ſcripto intelligit̃ de hærede ex teſtamento,ſed ubi de hęrede ſimpliciter,intelligit̃ tam de hærede ex teſtamento q̃ ab inteſtato,ut p Alexã. in conſi.xlix.col.fin.lib.vj. Deci. hic ſequit̃ diſtinctionẽ Corn.in cõſ.lxix. lib.iiij.ꝙ ubi eadẽ eſt rõ ueniant oẽs in infinitũ,alias ſecus. Eandẽ cõcluſ. ſequit̃ ẽt ſimpliciter Alci.in l. hæredis appellatio.ff.de uerb.ſig.ꝙ nõ ex ui uerborũ, ſed pp utilitatẽ receptũ ſit contineri hæredem hæredis, licet ſcriptus nõ ſit, qñ nulla ueroſimilis affectio magis in hærede ſcripto conſiderari põt,quàm in nõ ſcripto. ubi ergo uel particularis affectio oſtenderetur,aut mens teſtatoris demonſtraretur magis in ſcripto quã in nõ ſcripto hærede, tunc de ſcripto tñmodo intelligeremus diſpoſitionẽ.

Quinto & ultimo amplia nõ ſolũ in hærede uniuerſali primi teſtato-

6 ris,† ſed ẽt in hærede milleſimæ partis,ſm Bal.in d.l.fi.in ix.q.arg.l.quę de tota.ff.de rei uend.declarando tamen ut ibi per Corne.in j.colum.

Ex hac regula inferunt docto. ad

7 q̃onem,dixit † quidam ſe patris inſolidum hæredẽ, & conuenit inſolidũ debitorẽ paternũ, inde apparuit patrẽ deceſſiſſe relictis duob. filiis, qui paternæ hæreditati ſe immiſcuerũt, quorum alter po ſtea deceſſit cui dictus actor ſucceſſit, dubitatur an libellus fuerit apte conceptus, uel nõ, poſſitq; condemnatio ſequi, uel debeat abſolutoria ferri? & doct.cõiter cõcludunt ſuſtineri dictũ libellum,& ſequi debere condemnationem, arg. tex.noſtri,ut per Iaſ.& Corne.in d.l. fi.& Iaſ.in §. hæc uerba. in ſecundo nota. infra alleg.& ĩ d.l. ſi quis filiũ. §.fi.col.j. Limitat̃ nunc primo hæc

8 regula † niſi fieret mentio de hæredibus cum adiectione ſupraſcriptis uel infraſcriptis,quia tunc non uenirent hæredes hæredum,ſecundum Barto.

in l. qui liberis. in §. hæc uerba ꝑ illũ. tex. ff. de uulg. Quia infraſcripti dñr hæredes qui legi pñt. l. j. ſupra de his quæ in teſta. delen. cũ dictis. Iaſ. in locis ꝑalleg. & Deci. hic. ponuntq; not. Alex. in conſi. clxxiij. lib. v. & Dec. in conſi. cccclxv. col. ij. & cccccxiij. col. ij. ipſe tñ Deci. hic & Alcia. in d. l. hæredis appellatio. ſequit̃ diſtinctionẽ Corne. in prælleg. cõſi. lxix. lib. iiij.

9 † ꝙ licet generaliter loquendo ꝑdictis caſibus hæredes hæredum nõ cõtineantur, ſecus tamen quando militaret eadẽ rõ magis ex mente & utilitate, quã ex propria ſignificatione uocabuli. Alias not. effectus & differentias reſultantes ex denominatiõe hæredis ſcripti, potius quã ex denominatione hæredis ſimpliciter prolati. ponũt Areti. in l. j. col. v. uerſi. ſecũda ratio. ff. de teſta. & Alexan. in l. ij. in gl. falſum. ad fin. C. de edic. diui.

10 Secundo limita † in penalibus. ſi enim teſtator grauaſſet hæredẽ ſub pœna aliquid facere, nõ cõprehendit̃ hæres hæredis, quia in pœnalibus & ſic in odioſis nõ ꝓceditur ita ꝑ con iecturas, uerum liquidiſſime probati debet, ut hic ꝑ Deci. & Iaſ. in d. l. fin. col. ij. Si. n. teſtator mãdat hæredi, ꝙ cõſtruat monumẽtũ ſub pœna ſi ſcriptus hæres intra tꝑs deliberandi decedit, & eius hæres ex iure deliberãdi tranſmiſſo hæreditatem teſtatoris adiit & non facit monumentum, nõ incidit in pœnã. l. mulcta. ff. de condi tio. & demonſt. Idẽ eſt ſi primus hæres adiuit hęreditatẽ, & deceſſit intra tempus per teſtatorẽ aſſignatũ ad faciendum monumentũ, ita ꝙ nõ fuit in mora, ſi. n. hæres eius nõ facit, non incidit in pœnam. arg. d. l. mulcta. in prin. Intelligendo ſane quando nominatim iniunctum fuit primo hæredi, ut qa dixit teſtator infraſcriptus hæres meus faciat &c. ſecundũ Bart. conſi. lxv. Andreas. quẽ refert & ſequitur Corn. in d. l. fi. col. ij. ſecus itaque uidetur in caſu per Bart. formato, ſecundum corn. ibidem. Et merito, nam. l. mulcta. per quam ſe fundat probat ꝙ in ultimis uoluntatib. non receditur a perſona, ſed ſi onus ſit iniunctum hæredi, & hæres hæredis cẽſetur hæres primi, ſi in eo uerificatur mulcta non receditur a perſona, ut ibi per Corne. de quo articu. tangit etiam Iaſ. in præallega. §. fi. col. fi.

Tertio intellige prædicta procedere largo modo & improprie, ut dicit glo. in d. l. hæredis appellatio. & eſt tex. in l. fi. in §. fi. in uerbo, uidet̃. ff. de uulg. ut ibi not. Areti. & Deci. hic. facit l. noſtra. in uerbo intelligun tur, quod improprietatem denotat.

11 ſecus † ergo ex proprietate ſermonis. Quod confundi uidetur per tex. in d. l. fin. qui utitur uerbo eſſe quod ueritatẽ & proprietatem importat. hunc art. plene diſcutit Iaſo. in d. l. ſi quis filium. in §. fin. ubi tandem concludit ꝙ hæres hæredis uere & proprie dicatur teſtatoris hæres, licet ꝑ mediam perſonam, & ſequitur Alc. in d. l. hæredis appellatio. Intellige in his quæ iuris ſunt & quæ uere ꝓprie tranſeunt ad hæredes, alias ſecus. ut hic per Deci. Faciunt quæ latius ſtatim dicam.

Quarto limita iſtã regulam procedere ubi fit mentio hęredis ſuper re tranſitoria ad hæredes, regulariter. n. intelligitur de quocunq; hærede in

12 infinitũ. iuribus præalleg. ſecus † ubi fieret mentio hæredis ſuper re de ſui natura nõ trãſitoria ad hæredem, qa de primo hærede intelligit̃, ut in ſubſtitutione cõditionali. l. ſi ex pluribus. ff. de ſuis & legit. pulchre Anchar. in conſi. cxxx. incip. pro & contra. uel etiam in materia uſusfructus. l. antiquitas. C. de uſufr. ne proprietas dño reddatur inutilis ſublata ſpecie conſolidatiõis, & in quibuſdam aliis ca-

ſibus not. per Alciat. in d.l. hæredis appellatio.& prius per Alexand.not. in conſi.lxix.lib.vj.

Quinto limita & intellige regulã procedere qñ terminus hr̃s proferẽ a lege uel ſtatuto, ut ueniant omnes
3 in infinitum per iura præalleg. † ſecus ſi proferatur a teſtatore, quia intelligitur de primo tm̃.non de aliis. d.§.hæc uerba ſm Bal. Ang. & Pau. de Caſt.ſed Iaſ.ibi in iij. not. reprobat hanc doctrinã per d.l.in annalib. C.de lega.& d.l.fin. C. de hære.inſti. ubi uerbum, hæres, a teſtatore, ꝓfertur, & tñ intelligitur de hæredibus in infinitum. Et propterea cõcludit Iaſ. loco præalleg.poſt cõmen.iura ꝑallega.loqui qñ teſtator facit mentionẽ de hæredib.alterius, nõ de ſuis, eoq; caſu non ſolũ de primis intelligi, ſed in infinitum, quia rõ cur teſtator ibi nõ magis intellexerit de primo quã de aliis hæredibus eſt, quia forte nõ magis cognoſcebat primos q̃ alios: ſecus qñ teſtator mentionẽ facit de hæredib. propriis. tunc.n.intelligitur de primis ad quos præſumiẽ habuiſſe affectionẽ.d.§. hæc uerba ut ibi ꝑ eũ poſt Bal.in d.l.fi.ĩ iiij.oppo. de quo arti.tangit ẽt Anch.& Alex. in conſiliis præalleg. Duas alias limi. ponit Iaſ.in d.l.ſi quis filiũ.in §.fi. col. fin.
4 qñ † teſtator uſus fuiſſet hoc pronomine, meo hærede, aũt dixiſſet ipſe hæres, quia facit relationẽ perſonaliſſimam. Sed, niſi alia coniectura mẽtis concurrat, hæc non procedunt, ſecũdum Alci. loco præalle. & uere confunduntur per generalitatẽ iſtius regulæ cum aliis ſupra alle. Nunquid
5 autem † prohibitio de non alienando facta hæredi, porrigatur ad hæredes in infinitum? ponit unum uerbum Deci.hic in fi.& Alexan. in conſil.præalleg.lxix.late examinant ſcribentes ordinarie in §. diui.l.filiusfa. ff.de lega.j.

SVMMARIVM.

1 *Expreſſa plus nocent quã ſuppreſſa quãtum ad annullandum actum.*
2 *Libellus in quo eſt expreſſa actio inepta non ualet de iure ciuili, ſecus canonico.*
3 *Expreſſio magis prodeſt in nouatione, quam ſuppreſſio.*
L.fi.C.de nouatio.ornatur.
4 *In contractibus taciti & expreſſi par eſt uirtus.*
5 *Expreſſum quid dicatur, & quid tacitũ.*

L. CLVI. Modeſtinus.

Expreſſa nocent, nõ expreſſa non nocent.

SVMITVR ex l. nonnunquã. ff de condi.& demon. ubi eſt notabilior & plenior glo. quã hic. Et iuriſconſul.ibi alio mõ hoc dici poſſe docet, dum ait, Nonnunquã cõtingit ut quædã nominatim expreſſa officiãt, quãuis omiſſa tacite intelligi potuiſſent nec offutura eſſent, exẽplificando ut ibi. Idem ſubiungit dictũ eſt, expreſſa nocent, non expreſſa nõ nocent, ſitq; regula ad oppoſitum potius facienda uidebatur, prout dictio nonnunquam ibi poſita indicat. Sed ut omnia recte procedant conſiderari poſſunt quædam concluſiones. & tradit certæ regulæ ſecundum gl. & doctores.

1 Prima regula eſt, † quantum ad uitiandum ſeu annullandum actũ plus nocent expreſſa quam ſuppreſſa, & ſermo quam taciturnitas, ut hic & d.l.nonnunquam. & l. ſi in diem. §. fin.eod.tit.& l.actus legitimi. ſupra eo.ita Alexan.in l.cum quid. colum. ij.ff.ſi cer.peta. dicens ſic intelligi regula iſtius legis noſtræ, quando enim expreſſio actus corruptiua facta fuit, de uitio manifeſte apparet, ſecus ubi non fuit expreſſum. Vnde

nimirũ ſi apparentia magis inficiũtur, q̃ latenter exiſtẽtia, quæ in benignio rem partẽ interpretari pñt. Ideo nõ ualet libellus, ĩ quo quis petit ſe mitti in poſſ. uigore edicti diui adriani, ꝗ eſt ſublatũ & correctũ. Itẽ ſi exprimitur actio incongrua libellus nõ ſubſiſtit. l. j. §. j. ff. ſi menſ. fal. mõ dix. q̃a pp uitiũ uiſibile expreſſa nocẽt, ut hic. & tradit Bal. in l. fin. col. iij. C.
2 de edic. diui. Subiungens, ꝗ † licet de iure ciuili pp expreſſionem ineptæ actionis non procedat libellus, ſecus tñ de æquitate canonica, ſiue nõ, ſiue actio cauſæ præmittatur ſiue cauſa actioni præcedit, quia quando ſuperfluo additur non nocent, ex quo etiã ſine actione ſufficit ipſa naturalis iuſtitia ex cauſis reſultans; ꝗ dicit eſſe not. Et ad exemplum poſitũ in d. l. nonnunquã. uide ibi Pau. de Ca. aſſignantem rationẽ diuerſitatis. & ſcribentes in l. j. ff. de lega. j. Item pro limi. prædictorum. uide quæ pulchre ponit Aquen. in l. j. ff. de offi. aſſeſſ.

Secunda concluſio ſeu regula glo. hic. & in dicta l. nonnunquã. eſt econ
3 trario, ꝗ † expreſſio prodeſt magis quam taciturnitas, ut in caſu l. fin. C. de nouatio. quia hodie nõ fit nec inducitur nouatio niſi expreſſe agatur. De quo articulo ſi uolueris, uide plene Fulgoſium in conſi. cxxx. Alexan. conſi. x. col. iii. & cõſi. xiii. colum. ij. lib. ij. & lxxii. in eo. & in vj. uol. cõſil. lxxij. & clxxiii. in vii. uol. Barb. cõſi. xix. col. fi. lib. j. & cõſil. xxxvii. in eo. & conſi. lxxxvj. in ſcdo artic. lib. iiij. Soci. conſi. xxj. lib. j. Rimin. in l. pacta nouiſſima. in gl. j. C. de pac. Iaſ. in l. ſingularia. col. xiii. ſi cer. pet. & l. ita ſtipulatus. in tribus ult. col. de uerb. obl. Deci. in conſi. cccc. Mod. Pap. in l. cum quid. col. vj. & in l. lecta. in ix. not. ſi certum pet. & Mod. Aſten. in tracta. de augumẽto. in iiij. q. tertiæ quæſtionis princ. fol. 7. & in aliis caſibus de quibus per gl. in d. l. nõnunquam. & aliqualiter hic extẽdit Deci.

4 Tertia concluſio † in contractibus regulariter taciti & expreſſi par eſt uirtus l. cum quid ſupra ſi cert. pet. Quod procedit ĩ his quæ ſunt de natura contractus, & ex prouiſione legis potius quã ex intentione partiũ, ut hic per Deci. latius per oẽs in d. l.
5 eum quid. Et dicitur † expreſſum, ꝗ uoce profertur, uel ſcriptura apparet, tacitum quod colligitur per rationem intellectus, ſeu quod uirtualiter comprehenditur, ſeu quod uenit in conſequentiam expreſſi. Baldi & Imol. in l. illud. ff. de acquiren. hæred. & in l. fin. colum. pen. C. de inſti. & ſubſti. ubi Bald. dicit illud eſſe tacitum, quod magis intellectu percipitur, quam locutione exprimatur. at gu. l. ratum. ff. de ſolut. Et certe tam expreſſum quam tacitum pluribus modis dicitur, ut late per ſcribẽn. maxime Moder. in l. prima ſupra. de uulg. Barto. & alios in l. præcibus. C. de impub. & aliis ſubſti. & Deci. in l. ſicut certi. in tertio not. C. de milit. teſta. & de edic. diui. in l. fina. colum. ix. & Ruyn. in §. & quid ſi tantum. colum. xxxvj.

L. CLVII. Modeſtinus.

Priuilegia quædam cauſæ ſunt, quædam perſonæ, & ió quædam ad hæredes tranſmittuntur. Quæ cauſæ ſunt, quæ perſonæ ſunt, ad hæredes non tranſeunt.

Expedita eſt ſupra in l. in omnibus cauſis id obſeruatur.

SVMMARIVM.

1 *Honeſtum præfertur licito.*

1 *Mulier ſubdita non poteſt cogi ad cori-zandum in caſtro domini.*
3 *Meretrices poſſunt cogi ſignum deferre, ut ab alijs cognoſcantur.*
4 *Maritus poteſt cogi ad dimittendum cõcubinam.*
5 *Licitum per leges contra honeſtum quomodo intelligatur.*
6 *Monachus nondum profeſſus inſtitutus a patre in tota hareditate ſi non profiteatur & ſi profiteatur in xxv. lib. Non ualet conditio.*
7 *In contractibus bono uiro non licet decipere.*

L. CLVIII. Modeſtinus.

Semper in contractibus non ſolum quod liceat cõſiderandũ eſt, ſed & quod honeſtũ eſt.

AD IDEM eſt tex. in l. nõ omne. infra eodem. & in l. ſemper in cõiunctionibus. ff. de ritu nup. ubi gloſ. exemplum ponit in l. ſi qua mihi. hic etiam per glo. alleg. uide tu aliud pulchrum exemplum per Deci. in l. precibus. col. ij. C. de ſpub. & alijs ſubſt. De materia honeſti, uide Cicer. ĩ iij. offic. cum aliqua ſpecies utilitatis nobis, inquit obiecta eſt, nos commoueri neceſſe eſt, ſed ſi cum animum attenderis turpitudinem uideas adiunctã ei rei quæ ſpeciem utilitatis attulerit, tunc utilitas non eſt requirenda, ſed intelligendum, ubi turpitudo ſit ibi utilitatem eſſe non poſſe, a te ĩmi Cicero, inquit, pẽto ut mihi concedas nihil præter id quod honeſtũ ſit eſſe propter ſe expetendũ, quodque Ariſt. placet neceſſe eſt quod honeſtum ſit, id eſſe aut ſummum, aut ſolum bonum. Facit ad hanc regulã, tex. cum glo. in l. reprehendenda. C. de inſti. & ſubſt. ſub condi. fac. & in
1 §. j. l. iuſtitia. ff. de iuſt. & iur. ubi † inter præcepta iuſtitiæ iuriſcõſultus in primis conſtituit, ꝙ quis honeſte uiuat, unde ius honeſtatis ab omni ſuperioritate eſt exemptum. l. quod ex libera. C. de ope. lib. Ex quo tex. in-
2 ferebat ibi Bald. mulieres † alicui domino ſubditas ad trepudiandum ſeu corizandum in caſtro domini compelli non poſſe neque debere, ut hic refert Deci. & prius Iacob. de ſancto Georg. in tract. de homag. ad fin. Et minus dicãs poſſe exigere prima cõnagia ſm̃ conſuetudinem, immo corruptelam aliquorum locorum, quæ tanquam diabolica recte fuit extirpata. Infertur etiam ex pr̃emiſſis, ꝙ
3 † meretrices cogi poſſunt ſignũ deferre, ut ab honeſtis mulieribus cognoſcantur, & inhoneſte uiuentes à uicinia honeſtarum mulierum expelli poſſunt. Et pariter † cogi poteſt
4 maritus ad dimittendum concubinã, ut hic per Deci. & per Aqueu. & Zaſium in d. §. j. l. iuſtitia. ubi etiam tradunt, ꝙ ſi conſanguinea impudice uiuat, licenterque diſcurrat ad honeſte uiuendum, per iudicem compelli poteſt, maxime quando ſtatuto uel reſpub. ex tali impudicitia lederetur. Sed iſta, quę Deci. & præalleg. congerunt, bene inſeruntur ex d. §. j. l. iuſtitia, ſed non ex tota. l. noſtra loquẽte in prin. de licito. non enim prædicta licita ſunt. Præterea quomodo
5 ſtare poteſt † licitum quid eſſe per l. contra honeſtatem. iuſtitia enim honeſtatis pars. eſt, ut in primo officio. ait Cice. & Card. Alex. in c. erit autẽ lex. col. ij. diſt. iiij. nam & quod decet honeſtum eſt, & quod honeſtum eſt decet, ſm̃ Cice. nec ſubſiſtit lex niſi ſancta & honeſta d. c. erit. & l. ij. ff. de leg. Gl. in d. l. ſemp in coniũctionib⁹. oppõnẽ ſentiẽs intellexit, licere, uidelicet de iure ſtricto, quia tñ inhoneſtũ, non fuiſſet p l. licitũ neq; cõceſſum. qđ not. & ꝙ in omni negotio requirat honeſtas, ſeruandusque ſit

ſemper honeſtus modus, traditur ple ne in ſumma Ange. in uerb. honeſtas. Facit etiam hæc regula ſm Albe. hic
6 ad not. q. †. de eo qui intrauit religio nem fratrum minorũ nec dũ profeſſus fuerat. pr condidit teſtm̃ filio hærede inſtituto ſub conditio- e ſi non profitereť in ordine, ꝙ ſi profitereť in libris. xxv. tm̃ inſtituebat, an admittať talis conditio? quod dicendũ uidebať, quia in libera uoluntate filij eſt egredi, aut profiteri. ergo poteſtatiua eſt conditio ſub qua. ll. inſtitui filium permittunt. l. ſuus. ff. de here. inſti. Oppo. dicit Albe. ſe conſuluiſſe, quia licet licitũ ſit egredi, nõ tñ honeſtũ ideo cõtinet turpitudinẽ quãdã, & ꝑ cõſequens impoſſibilitatem, quia ea uidenť impoſſibilia quæ ſalua honeſtate fieri non pñt. arg. l. nepos proculo ſupra titu. j. ideo talis conditio ſm Alber. apponi nõ põt l. filius l. quidã. & l. cõditiones. ſupra de condit. inſtit. ſed melius allegaſſet tex. in auth. de ſanct. epiſc. in §. ſed & hæc pſenti. & no. in c. in pñtia. de proba. quia talis conditio nõ eſt licita, imo habeť ꝓ non ſcripta, quia retrahit a religione & a uita cõtemplatiua, ut ego late de hoc ſcripſi in l. ij. C. de pact. inter emp. & uendi. in qõnibus. Eſt ꝑterea hic famigerata glo. in ma-
7 teria † deceptionis cõtrahentibus, a iure permiſſe, bono uiro id minime licere dicens. Deci. hic quædã ſcribit. ego latius & perfectius ſcripſi repro bando hanc glo. in l. ij. in j. not. C. de reſcind. uend. & hæc ſatis.

SVMMARIVM.

1 *Hæc regula quõ procedat remiſſiue.*

L. CLIX. Iabolenus.

Neque interdicto, neque in cæteris cauſis, pupillo nocere oportet dolum tutoris ſiue ſoluendo eſt, ſiue non eſt.

Facit §. ſi procurator. l. iij. ff. quod quiſque iur. & l. ſi unus. § ante oĩa. ff. de pac. cũ no. ꝑ Deci. in cõſ.
1 dclxxij. Declarať † autẽ & intelligiť præſens regula ſm diſtin. Bar. in l. ſi dolo tutoris. ff. ſi quis omiſſa cã teſtamenti. & in l. j. in §. ſi procurator. vbi ſcripſi. ff. ſi quis ius dicen. nõ obtẽp.

SVMMARIVM.

1 *Vniuerſitas quomodo citanda ſit, & in contumacia conſtituenda.*

L. CLX. Iabolenus.

Non põt dolo carere qui impio magiſtratus nõ obtẽperat.

Svmitvr ex ll. in glo. alleg. Facit tex. §. qui iuſſu. l. non vř ſupra. eo. & illud Catonis dictũ, Foro pare. Pau. de Ca. in l. ut uim ſupra de iuſt. & iur. tẽperat dictũ pñtis glo. aliquibus modis, dixi late in d. §. qui iuſſũ. & qũo ac qualiter puniri poſſit inobedientia & cõtemptus in magiſtratum, dixi in repe. rub. ſi quis ius dic. non obtẽpe. Et notabis ꝑpetuo gl. hic ad fi. dicentẽ modũ citandi vniuerſitatẽ, & eã conſtituendi in cõtu-
1 macia. Vult. n. ꝙ † non ſufficiat citare ſyndicum, ſed citanda ſit ipſa uniuerſitas, niſi congregare ſe nollet, qa ſufficeret tunc citare regentes uniuerſitatẽ, ſm Bar. hic & in l. fi. ff. qđ cuiuſq; uni. nomi. & latius in extrauag. ad reprim. in uerbo, citatũ corpus. Bal. in l. ẽt. colũ. pe. C. de execu. rei iud. dicit ſi uniuerſitas eſt cõgregata ꝑſonaliter citabiť, quia iſta cõgregatio eſt quaſi quædã ꝑſona politica. l. metũ. §. aĩaduertẽdũ. ff. quod

tinet. cau. ſi uero non ſit congregata, ponet̃ editũ in loco ubi cõſueuit cõgregari, per not. in l. nr̃a. quod nõ eſt uerũ, quia glo. hic intellexit de uniuerſitate, quæ citanda ſit in c. uel arẽgo, ſeu congregatione. Ange. conſil. ccxvj. incip. iam ſunt. & ĩ l. j. in §. oĩbus. colũ. ij. ff. quod cuiuſq; uniuer. nomi. tenet ꝙ ſatis ſit citari ſyndicũ uel adminiſtratorẽ uniuerſitatis. Idẽ dicit Guido Papæ in q. cccxxj. & Albe. hic dũ ait. quicquid dicat gl. mos iudiciorũ tenet ut ſufficiat citare ſyndicum uniuerſitatis. Hunc artic. tangit latius Soci. in tracta. de citatione. artic. xvij. col. pe. dicens cum gl. iſta, uniuerſitatẽ citari debere in cap. uel arengo aut alio deputato loco. arg. l. iubemus. C. de ſacroſan. eccl. Et ꝙ non ſufficit citatio facta de ſyndico uel actore uniuerſitatis, quia ꝑ talem citationem uniuerſitas nõ conſtituit̃ in contumacia. per l. ſi ex dolo. in §. j. ff. de dolo. Nec obſt. l. j. in fi. cũ l. ſeq. ff. de acquir. poſ. quia uerũ eſt ꝙ ea quæ expediunt uniuerſitati fieri poſſunt ꝑ ſyndicũ uel actorẽ uniuerſitatis, non aũt ea quæ nocẽt, ut hic per Bart. Et quicquid dicat Innoc. ſecurius eſt ſcḋm Soci. tenere cum gloſ. & Bar. hic. ꝙ ſi uniuerſitas ſe cõgregare nolit, tunc citet̃ modo hic ꝑ Bartol. dato, ptãtem uero, uel aliũ officialẽ, ſubiungit etiã Soci. citari non ſufficere, quia contumacia illius nõ nocet ſubditis. l. meminerint. C. unde vi. idẽ dicit Ange. in ꝑalleg. §. oĩbus. adducens tex. l. ꝑſes. C. de tranſac. & Bald. ibidẽ. in §. ꝙ ſi nemo in ciuitate Vercellarũ extat ſtatutũ, quod citatio facta in perſona conſulum uel ad eorũ domos ſufficiat, ubi citanda eſt uniuerſitas diſtrictus Vercellarum. Recte igit̃ ad euitãdũ opiniones prædictas, in literis iuſtitiæ illuſtriſſimi principis nr̃i cõtra aliquã uniuerſitatẽ laxatis poni ſolet clauſula ſalutaris, decernentes citationem faciendã in ꝑſona unius ex cõſulibus uel ſyndicis loci perinde ualere ac ſi uniuerſitas ipſa citata foret & apprehenſa, qñq; etiam adiungitur, necnon & in perſona duorum ex credendarijs ipſius uniuerſitatis. quæ bene not.

SVMMARIVM.

1 *Poſſidere non intelligitur qui poſſidet̃. Et quomodo procedat nu. 2.*

3 *Iudæus licet in poteſtate chriſtianorum ſit, habet tamen filios ſuos in ptãte.*

L. CLXI. Vlpianus.

Qui in ſeruitute eſt, uſucapere non põt. nam cum poſſideatur poſſidere non uidetur.

SVMITVR ex ll. in glo. alleg.
1 Et ſic not. ꝙ † poſſidere non intelligitur qui ipſe poſſidet̃, ut hic. & l. liber homo in §. quicquid. ff. de acqui. rerum do. & l. ſic eueniet. ff. de adul.
2 Vbi Bart. intelligit hoc † procedere in poteſtate eiuſdem ſpeciei & qualitatis, ſecus in poteſtate ſeparata ab illa in qua eſt ipſe, ideo filiusfa. poteſt eſſe tutor, & ſic pupillum ſub eius poteſtate habere, ut ibi per Bar. & Deci. hic. cui reſolutio iſta non placet, propter regulam text. noſtri. & d. §. quicquid. quæ loquuntur de diuerſa ſpecie poteſtatis, ideo ſequitur conſiderationem Ang. Are. inſti. qui tut. da. poſ. in princi. ꝙ in his quæ ſunt iuris publici non curatur patria poteſtas. Non eſt tamen recedendum a prædicta declaratione Bartol. uera & communiter approbata, ut per Felyn. in capitu. iudei. colum. ſecunda circa fi. de iudæ. ponentem ꝑpea,
3 ꝙ † licet iudæi ſint in ptãte chriſtianorũ, hñt nihilominus filios in ptãte.

Et patet effectus monachus, licet ſit in poteſtate abbatis, habet tñ filios in ſua poteſtate, quicqd dixerit Bar. in d.l. ſic eueniet. contra quem poſt Bald. tenet etiam ibi Alex. in apoſtil. Et ciues licet ſint in ptãte principis, filios tñ hñt in poteſtate. Nec obſt. l. ſic eueniet, quia proprie loquitur de patria ptãte, quã quis habet ſupra ſe, non de alia. Nec refragat̃ preſens regula. & d. §. quicquid. quia loquunt̃ de eadem qualitate poſſidendi. Accedat etiam regulæ noſtræ pulchrum ſimile de minore. xxv. annis qui tutor eſſe non põt. cui. n. (inquit tex. in l. fi. C. de leg. tut.) ferendum eſt eundem eſſe tutorẽ & ſub tutela conſtitui, & iterum eundem eſſe tutorem & ſub cura agere, hæc certe & nominum & rerum ſecũda cõfuſio eſt.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio proprie dicitur cum dominium transfertur.*

2 *Alienationis uerbum in reſcriptis accipitur etiam ſi res tantum ſit ablata.*

3 *Alienationis uerbum late patet.*

L. CLXII. Vlpianus.

Non alienat qui duntaxat omittit poſſeſsionem.

SVMITVR ex §. ſunt & alia l. item ſi res ſupra de alie. iud. mut. cã
1 fac. Alienatio † ergo proprie dicitur qñ transfert̃ dominiũ. l. j. C. de fun. dot. l. alienatũ. ſupra de uerbo. ſigni. & c. epiſcopi de reb. eccl. non alie. ſecus ſi amittat̃ poſſeſſio. Ideõ licet, p̃hibita ſit donatio inter uirũ & uxorem, non tñ eſt prohibita translatio poſſeſſionis. l. j. §. ſi uir. ff. de acquirẽ. poſſ. facit text. in l. ſiſtulas in. §. fundum. ff. de contrahen. emp. Et ſic iſta regula intelligit̃ ꝓprie & ſtricte, largo aũt modo ẽt alienare uidetur quĩ transfert poſſeſſionẽ. l. non ſolum. in prin. ff. de alie. iud. mut. cã fact. Et iõ
2 ſm Deci. ſi ꝑ † reſcriptũ cõmittatur ꝙ male alienata ad ius & ꝓprietatẽ eccleſiæ reducant̃, ẽt de poſſeſſiõe occupata poterit cognoſcere, licet proprie nõ dicat̃ alienata. dictũ eſt famigeratũ Innoc. in d. c. epiſcopi. ſequit̃ & extollit ibi Barba. & latius Fel. in tit. de reſcrip. rñdens ad quædam in contrariũ adducta Roma. ſing. 606. tu ſcis. Sola ergo translatio poſſeſſionis ſine titulo non dicit̃ proprie alienatio, ut hic & in iuribus palleg. & tradit Fabia. de monte ſancti Sauini in tract. de empt. & uend. in iiij. q. prin. in xxij. & ulti. qõne illi⁹ qõnis, col. ij. licet dicat poſſe reſpõ. ad tex. l. nr̃æ exponẽdo, omittit. l. nõ acqrit. ſecus ſi acqſita omittat̃. Et fuit intelligẽtia Bal. licet nõ referat in d. l. itẽ ſi res. in §. fi. ubi dicit, no. ꝙ ille qui alienat, quia litigar̃ nõ uult, nõ tenet̃ hoc edicto, puta ſi poſſeſſionẽ omittit deſerẽdo. ſ. eã nõ dico trãsferẽdo, ait Bal. iõ nõ ob. prin. l. ſequẽtis. Vel ſaltẽ intelligẽdũ eſt, ꝙ nõ dr̃ alienar̃ qui poſſeſſionẽ transfert ut teneat̃. ſ. actione directa ex uerbis illius edicti, ſed bñ utili ex ſentẽtia. l. nõ ſolũ. in prĩ illo eo. tit. & ita declarat gl. ĩ pall.
3 §. itẽ ſi res. Verbũ aũt † alienationis late patet nõ ſolũ ad dñij alienatiõnẽ, ſed & ad uſucapionẽ. pignoris nexũ, donationẽ emphyteoſim & ſimilia. l. fi. C. de reb⁹ ali. nõ aliẽ. §. alienã in auct. de nõ alie. co. ij. Alciat. in d. l. alienationis. niſi rõ ſubiectæ materiæ aliud requireret, ut ibi ꝑ eũ. De qua materia uide Signor. ĩ cõſi. lxxj. Pau. de Ca. ĩ cõſ. xvj. in antiquis, Fabia. de mõte ſcĩ Sauini. loco palleg. Corn. in cõ. xxxviij. co. iij. li. j. Fel. ĩ c. cũ olim cõ. ij. de teſt. Deci. ĩ cõ. ccccclxxxiiij. cõ. fi. dcxlv. & dclx. & quod dicam in l. non frau. dantur infra eo.

L. CLXIII. Paulus.

Nemo plus cõmodi hæredi ſuo relinquit, quam quod ipſe habuit.

Expedita eſt in l. hæredem, & in l. nemo plus ſupra eodem.

SVMMARIVM.

1 *Contrafacere dicitur, qui non facit quod debet.*

2 *Hæres negligendo ſoluere legatum pœnale factum uxori teſtatoris incidit in pœnam.*

3 *Facti appellatione quãdo ueniat non factum.*

L. CLXIIII. Paulus.

Qui non facit, quod facere debet, uidetur facere aduerſus ea, quia nõ hoc facit. Et qui facit quod facere non debet non videt facere id, quod facere iuſſus eſt.

Svmitvr ex ll. per glo. alleg.
1 Nota ꝙ † ille qui non facit quod facere debet, ɔ̃facere dr̃. Et ſic in ceſſatione ɔtinetur factum, ut poſt Barto. tradit Saly, in l. unica. col. j. C. de ſent. quæ pro eo &c. Quod procedit ẽt in pœnalibus. §. fi. inſti. de uerb. obl. tradit Alex. ɔ̃ Anch. in l. ubi aũt. in. §. ſi
2 id quod. ĩ fi. ff. de uerb. obl. ꝙ † ſi vxori aliquid annuũ teſtator relinquat, & in fine teſtamẽti diſponat ꝙ ſi hæres contrafecerit hæreditatẽ priuetur, ꝙ hæres interpellatus negligẽdo ſoluere incidit in pœnam, quia non faciens proprie dr̃ cõtrafacere. Ruynus in. §. cato. in ij. lect. in ii. not. ſuſtinet opi, Pet. de Anch. quia appellatione facti uenit non factũ improprie, ut in d. §. cato. & in l. impoſſibilis. ubi Are. not. ff. de uerb. obli. & per dicta Bart. in l. naturalis. in prin. ff. de præſcrip. uerb.
3 ubi dicit ꝙ † appellatione facti ĩ gñe uenit nõ factum: ſecus eſt appellatione facti in ſpecie, per l. in facto. ff. de cõdi. & demon. Et ideo diſpoſitio intelligi debet in ſpecie & non in gñe l. hoc legatum. cum ibi no. per Bar. ff. de leg. iij. & in l. talis ſcriptura. ff. de leg. j. Deci. hic ſimpliciter refert opi. Alex. contra Ancha. illam ſequendo. idem facit Alciatus in l. facere non oportere ad fi. ſupra tit. ꝑximo. Quidam præceptores mei in præalleg. §. cato. ſuſtinẽtes Alex. dicebant, ꝙ ubi præcedit obligatio ad aliquid faciendum aut dãdum, ille qui non facit dr̃ contrafacere obligationi illi. text. eſt in l. poſt legatum. in. §. amittere. ff. de his quibus ut indig. & in l. ſi quis ſepulchrum. in. §. funus. ff. de reli. facit tex. not. in c. dilecto. de ſen. excõmu. Lan. Galiaula. in l. ii. in princ. col. j. & ſequenti. ff. de uerb. obli. dicit appellatione facti uenire non factũ large & improprie. d. l. impoſſibilis & probatur hic in uerbo, nr̃. ideo in materia ſtricte interpretãda diſpoſitio loquẽs de faciente, non debet habere locum in non faciente, ut in qõne Anch. Ad text. in præalleg. §. fi. inſtit de uerbo. obl. rñdet nihil facere, quia bene probat ꝙ qui tenetur non facere ſi facit dr̃ contrafacere, quia alias non poteſt uenire contra promiſſionem de non faciẽdo niſi faciat, tñ per hoc nõ probat ꝙ non facere proprie ſit facere. Reſponde hoc bene probari per alia iura a Corn. adducta. Fatetur tamen ẽt ipſe Galiaula ibi opin. Alex. ueram eſſe qñ teſtator nihil aliud diſpoſuiſſet in teſtamento quam legata, per l. ii. ff. de liber. & poſthu. & ubi diſpoſitio teſtatoris aliter redderetur eluſoria ſi negligentem non comprehenderet. Mod. Mediola. pariter in d.

§. cato. in iiij. notab. ſequuntur deciſionem Alex. indiſtinctè, quia ſi capimus factum ciuiliter hoc eſt prout a iure conſideratur tanquam differens ab his quæ ſunt iuris, appellatione facti uenit non factū. ſtipulatio. n. non eſt iuris, ſed facti, ita procedit ille text. Si uero conſideremus naturaliter factū ex uerbis, apparet quod differt a non facto, ſi uero loquamur in contrafaciente ut ſi iuſſio legis aut hoīs eſt affirmatiua non faciens dr̄ contrafacere l. ſi quis maior. C. de tranſact. ſecus econtrario ſi prohibita ſit iuſſio aliquid nō fieri, ſi quiſpiā faciat dr̄ contrafacere, quia a facere & non facere ſunt oppoſita. l. ſi is qui ducēta. in. §. utrum. de reb. du. unde præallega. deciſio de hærede quod contrafacere dicatur niſi legata ſoluat, dubium nō habet quicquid aliqui Mod. ſcripſerint, inquiunt? Et ſic uides deciſionē Alexand. contra Ancha. eſſe communiter approbatam illā etiam ſequitur Gozadin. in conſil. lx. col. ij.

SVMMARIVM.

1 *Cauſæ libertatis, dotis, teſtamenti, piæ cauſæ, matrimonij, pupilli, et uiduæ, ſunt fauorabiles.*

2 *Opinio ſingularis doctoris contra cōmu. in dictis caſibus an præualeat.*

3 *Cauſæ fauorabiles ſi concurrant inter ſe, quæ præualeant.*

L. CLXV. Caius.

Libertas omnibus rebus fauorabilior eſt.

VLTRA ea quæ hic dicit gl. uidenda ſunt quæ ſcripſimus in l. quoties dubia. & in l. in obſcura uolūtate, ac in l. libertas inæſtimabilis ſupra eo. ubi hæc lex expedita fuit cum ſua materia. Quod tñ hic de libertate

1 dr̄, habet † etiam locum & procedit in dote, teſtamento, pia cauſa, matrimonio, in cauſa pupilli & uiduæ, & in quacunque cauſa ſeu perſona fauorabili: quia a pari procedunt, & in fauorabilibus ex identitate rationis licita eſt extenſio. iuribus uulg. Quod aūt prædicta uera ſint. probant Felyn. & alij in c. fin. per illum text. de re iudi. Iaſ. in l. inter pares. etiam de re iudi. ff. & in l. j. col. j. ſol. mat. & Bald. not. in tract. de dote. in ix. parte princ. Et

2 an † dictis caſibus fauorabilibus opi. ſing. alicuius doc. contra cōem attendi debeat, ponit Alciat. in tract. præſump. in xl. præſumpt. primæ regulæ, concludens quod non. latius examinant Deci. & alij. in c. j. de conſti. & Corſe.

3 in ſing. in uerbo, opinio. Et ſi † prædictæ cauſæ aut aliquæ ex eis concurrant, an conquaſſentur priuilegia & fauores ac priuilegiati ad ius cōe reducantur. uel ægrediatur aliqua regula aut qualitas faciens ex dictis caſibus priuilegiatis unum præualere, in uenies per Bal. in auct. habita. col. xij. uer. & quæro. C. ne fil. pro pat. Roni. cōſi. ccclxxxv. Pau. de Ca. cōſ. cccxv. col. fi. in antiquis. Barba. conſil. xv. & xxxviij. col. viij. lib. iij. Alex. conſi. lv. col. fi. ī v. uol. Cor. cxl. col. ii. li. j. Soc. in l. j. in. §. per ſeruū qui in fuga col. pe. de acqui. poſ. & C. de edē. in l. qui accuſare. col. fi. Fely. in d. c. fi. col. j. & in c. dilecti. col. iiij. de excep. & in c. in pñtia. col. xij. de prob. Dec. in l. ſi ruffinus. C. de mil. teſt. & in conſ. cxlvij. & in d. c. in præſentia. colū. xxiij. ubi pariſ. char. xiiij. num. 114. Sed quid reſpon. ad hunc tex. in uerbo fauorabilior? dici poteſt quod non excludit caſu ſimiles & purificatos. facit l. ob qs cum gl. C. de prædi. mi. Aut quod cōparatiuum propoſitiuo ponitur, ut in iure ſæpe contingit l. benignius. ff. de legi. l. j. C. de dolo. & tradit Alber. de Roſ. in dictio. in uer. comparatiuum.

SVMMARIVM.

1 *Coniunctus ante litem conteſt. procuratorem ſubſtituere non poteſt exceptio patre in aduentitiis & nu. 3.*

2 *Defenſionem alicuius quis ſuſcipere pōt, Niſi animo nouandi.*

L. CLXVI. Vulpianus.

Nemo alieno nomine lege agere poteſt.

SVMPTA eſt ex ll. gl. alleg. Et ꝙ in alienis cauſis agēdis nemini cōcedatur poteſtas niſi dñi acceſſerit cōſenſus, probant iura alleg. in gl. & l. cum te. ut hic alleg. Deci. limitando, ut hic per glo. Item fallit in coniunctis. l. exigendi. C. de procur. cum no. ibi p ſcribē. & in c. cū M. de conſtit. & Iaſ. in l. ꝙ quis. in vi. lim. C. de

1 proc. ponētem† coniūctum ante lit. conte. ꝑcuratorem ſubſtituere non poſſe excepto pr̄e in aduētitiis. Ro. in fin. ccxxii. Fel. ī c. nōnulli. ī §. ſunt & alii. col. xv. & xx. de reſ. & in c. pe. col. i. de re iu. cōcludēs geſta p ꝯiunctū nō obeſſe ꝯiuncto niſi ratificatio nē ſecuta, iō opus eſt de rato caueri alias ꝙ agit nō ſubſiſti. ut ēt p Alex. in cōſ. lxxvii. ad fi. li. vi. ubi ponit, qd debeat facere uolēs ꝓ ꝯiūcto agere, Accedūt ēt quæ ſcribit Ripa ī d. c. cū M. nume. 60, cū ſequen. & Abb. col. iij. ſed melius in c. querelam. colum. vi. de elect. dum modum practicamque libellādi docet, coniunctum pro coniuncto agere uolentem. De materia ampliando & limitādo pulchre & ſcribit Iaſ. in l. non ſolum. ff. ſol. mat. dicens nō poſſe tñ cōiuncto ſol-

2 ui, ut p eum. Et licet alieno†noīe, ut hic dr̄, agere quis nō poſita, alienam tñ defenſionē ſuſcipere qs pōt. niſi nouādi aīo id facere uellent. ut hic p Deci. faciūt q̄ diximus in l. in eo. in §. nemo alienæ ſupra eod. Et ſolent aduocari & ꝑcuratores practici ꝓteſtari ꝙ per inſtrumētum nouæ perſonæ alienam defenſionem ſuſcipientis nō intendūt diſcedere a ꝯuento, nec illius pſonā deſerere aut relique re. Facit l. uenditor, cum not. ff. de iu. & §. in l. ſi mandato meo. ff. mand. ꝙ quis non cogitur mutare perſonam debitoris, ut plenius dixi ī l. plus cautionis ſupra eo. Præterea ad id qđ dictum eſt de patre poteſtatē habente cōſtituendi procur. etiā ante litis cōteſta. in bonis aduentitiis filii, adde Roma. in conſi. ccxli. ſpectabiles. col. fi. Cor. in l. i. C. de bon. ma. & in fi. in §. ubi aūt. el. i. C. de bonis quæ lib. Iaſon. in l. filiusfa. ad fin. ff. qui ſatiſda. cog. & Deci. in l. i. col. v. C. qui admitti.

SVMMARIVM.

1 *Conſuetudo cōpleta quomodo tollitur.*

2 *Hic. §. quando non procedat remiſſive.*

§. Temporarie permutatio iuris ꝓuinciæ non innouat.

NOTA text. iuncta gloſ. quam ualde extollunt ſcribentes infra alle.

1 ꝙ † conſuetudo completa per unū actum contrarium non tollitur, ſed bene eo modo quo inducta fuit. ſicque per cōtrariam conſuetudinem l. fina. C. de ſerui. & aq. facit text. c. primo de reg. iur. in antiquis cum dictis in ꝓcedētibus ſuper eadem regula.

2 Deci. hic †tres limitationis ordinauit. plura dici poſſent; ſed gratia breuitatis uide hanc materiam examinatam pleneque diſcuſſam per Alexā. in l. ij. ad fin. prin. ff. ſol. matri & cōſ. v. col. j. lib. j. Barba. in c. cum acceſſiſſent. colum. xxi. de conſti. & in c. fin. colum. xxviij. de conſuetu. Iaſo. in l. de quibus. colum. xviij. de legi.

Felyn. in d. cap. com. acceſſiſſent. col. antepe. ubi Deci. fin. Rochum Curtium plene examinantē omnes lim. hic per Deci. tactas, in repe. d. c. fina. colum. lx. cum ſequen. Et declara quod dicit hic Deci. de ultima poſſeſ. attendenda, ut per Moder. Taur. in l. pacta nouiſſima, col. pen. C. de pactis.

SVMMARIVM.

1 *Mutus & ſurdus ubi verba non requiruntur obligantur.*

2 *Mutus ponendo ſe in manibus abbatis, vel habitum geſtando, facit profeſſionem.*

3 *Pater ex ſola præſentia obligatur pro filio decurione ſiente.*

L. CLXVII. Vulpianus.

Vbi non voce, ſed præſentia opus eſt, mutus ſi intellectum habet poteſt videri reſpondere. Idē & in ſurdo hic quidem & reſpondere poteſt.

1 NOTA ꝙ † ubi uerbis non eſt opus, ſed intelligentia & conſenſu mutus & ſurdus obligari poſſunt, ſecundum ueriorem intell. gloſ. ut hic per Deci. ponentem aliqua quæ poſſunt facere, ut ꝓcuratores, hæredes, adire hæreditatem, matrimonium cōtrahere, & donare ut hic per eum. & latius per Alexan. & alios in princip. l. prima. ff. de uerb. obligatio. Et poteſt etiam poni caſus ſecundum Alber. prout ipſe in facto habuiſſe re-
2 fert, † mutus profeſſionem fecit ponendo ſe in manibus abbatis, uel geſtando habitum profeſſorum, ut in cap. i. §. uero de regul. lib. vi. quærebatur an talis profeſſio ualeret? Reſpondet ꝙ ſic, per hanc legem. Et ad regulam iſtius legis faciunt etiam l. ii. ff. ad municip. §. uoluntatem. l. ii. ff. ſolu. matri. l. coram ſupra de uerb. ſignifi. l. ſi fine. C. ad uelleia. Poteſt etiam poni exemplum ſecundum.
3 Albe. in † filio qui creatur decurio patre præſente, ut in dicta l. ii. ad municip. §. i. & l. honores. §. fi. de decur. nam ut pater pro eo obligetur ſola præſentia ſufficit, licet uerbis & uoce non conſentiat, ad idem. l. i. C. de filiisfa. & quemad. pro eis paren. tē. lib. x. Et idem dicit Albe. in omnibus alijs caſibus in quibus ſola præſentia ſine uerbis conſenſum inducit l. ſæpe, ff. de re iud. l. gaius. de ping. act.

Furioſus abſentis loco eſt: & ita Pompo. lib. primo. Epiſtolarum ſcribit.

FVRIOSVS igitur quantum ad ea quæ deſiderant præſentiam ꝑſonę loco abſentis eſt. Hæc. regula cum materia expedita fuit in l. furioſi. & in l. prima, in negotiis ſupra eodem titu.

SVMMARIVM.

1 *Reus fauorabilior eſt quam actor. Amplia. numero. 3. 4. 5. Falit numero. 7. 8. 9.*

2 *Actor proponens actionem ineptam & incompetentē dato quòd ius habeat ſuccumbit.*

6 *Reo, etiā in probationibus à quibus deciſio cauſæ dependet, magis fauetur quā actori.*

10 *Occiſo aliquo vnico vulnere à pluribus coadunatis, ſi ignoretur percuſſor omnes pecuniariter tantum puniendi ſunt. L. Abſentem. ff. de pœn. ornatur.*

Damnatus

11 *Damnatus ad furcam ſi de innocentia proteſtetur,& cadat fracto laqueo,an li berandus ſit. Et quid facere debeat magiſtratus.*
12 *Mulier ſepties uercellis percuſſa uiſa eſt mori,& cadauer eius reuiuiſcere.*
13 *Decapitatus reuiuiſcens an iterum ſit decapitandus.*
14 *Reus actore non probante quomodo ueniat abſoluendus.*
15 *In duello quis actor uel reus dicatur. & nu. 20 Et ibi quid de conſuetudine.*
16 *Duellum quid ſit.*
17 *Duellum an ſit licitum uel permiſſum. Et quid de conſuetudine.*
18 *Duello quando ſit locus.& nu. 19.*
21 *Cautellis diuerſis utitur in mittendis cartellis.Et quæ uerba ponantur.*

L. CLXVIII. Caius.

Fauorabiliores rei potius, quam actores habentur.

SVMITVR ex ll.in glo. alleg. Et hic ſumpta fuit regula quæ ponitur in c.cum ſunt partium iura.de re.iur. in vj. Officium ergo iudicis magis exuberat in abſoluendo, quàm in cõdemnando.l.abſentem.ff. de pœn.& C.de accuſat. Et licet abſens condẽnari non poſsit, abſolui tamen põt ſi de innocentia liquet,ut hic per Dec.
2 Et ideo† non ſufficit actori ꝙ ius habeat agendi,ſi ineptam & incompetentem intentauit actionem. l. j.ff. ſi menſ.fal.mo.dix.& ca. examinatæ. de iud.quia probare debet in illa actiõe quam intentauit,& in illa cauſa in libello deducta, alias ſuccumbit etiam aliam probando.l.habebat.ff. de inſtit.ut per Pau.de caſt.in conſ.50.in antiquis. Et poteſt põni exemplum in dictis regulis ſecundum Io. And. & alios in d.c.cum ſunt. quãdo actor pariter & reus probãt. Vel p̱ æqualẽ numerum teſtium per omnia. Vel p̱ inſtrumenta æqualis auctoritatis.Vel quando neuter probat. Vel ſi agens hypothecaria contra titium probat rem ſibi obligatam certo die, & titius probat ſibi obligatam certo die, nec apparet cui primo reus abſoluit.
3 Ampliatur iſta regula etiam† ſi probationes ex parte actoris in aliquo excedant, quia in fauorem rei pronundum eſt,ut hic per Dec.
4 Secundo ampliatur etiam ſi † reus per accidens actor efficiatur, ut quia debitor prius compareat & petat actori perpetuum ſilentium imponi, per hoc tamen actor non efficitur abſolute, uerum iuuatur prærogatiua regulę noſtrę,ut tanquam reus in dubio abſoluatur, ut hic per Dec. & in conſil.cccclxxxvij.& in conſ.dclxxxvj.de quo late ſcripſi poſt Moder. in l.in tribus.ff.de iud.
5 Tertio ampliatur etiam† circa probationes faciendas, quia licet circa acta medij iudicii,ſicque circa probationes pariter utrique faueri quidam dixerint,ut per Alexã.in conſ.lxviij. col.ii.lib.iij.allegant gl. c.cum ad ſedem.in uerbo,cum pertinentiis.de re ſti.ſpo.tamen quia reſpiciunt deciſionem cauſæ, ex quo actore non probante reus abſoluitur.Ideo ſibi eodẽ modo fauetur quo in deciſione cauſæ,ſecũdum Dec.hic. Et eſt cõia ſcribentiũ ſententia, ut per Bal.in l.magiſtratus. ad fi.C.quãdo prouoc.non eſt neceſſe.Alex.in l.de die. col.j ubi Iaſ.in fi.commen.ff.qui ſatiſd. cogã. Dec.in l.non eſt nouum, C. de eden. & Aquen.in l.fi.colum.ii. illo.eo. tit. ubi concludunt, ꝙ† etiam in probationibus a quibus uis & deciſio cauſæ dependet, plus fauendum eſt reo quã actori,nec glo. ſupra allega. per Alex.quicquam de probationi.dicit.
6 Limita modo † iſtam regulam niſi
7 actor fauorabilem cauſam foueat,pu

ta matrimonii, libertatis teſtamenti uel dotis, quia tūc ſecundum gloſſ. in d.c.cum ſunt partiū. fauor cāæ piæ ualet fauori rei, & actori fauendum eſt.l.inter pares.ff.de re iudi.l.lege iulia.ff.de manum.c.fi.de re iu.cū alijs alleg.per gl.in d.c.cum ſunt. Et inter has cauſas fauorabiles eſt etiam cauſa fiſci, ſecundum Deci. hic. poſt Alex.in l.i.ff.ſol.matri. de quo diximus in l.in ambiguis.ſupra eo.

Secūdo limitatur ut procedat hæc regula in fine cāæ, ſiue circa deciſionē, ut dictū eſt.
8 † ſecus in principio, & in præparatoriis iudiciorum, in quibus magis fauet actori quā reo pall. l.de die.cū ibi no.p Bar. & doc. & l.ſi quis intentione.ff.de iud. In mediis cauſæ pariter fauetur utriq; ſecundū gl. & doc.in locis pal.Dec.eleganter hic.& in l.nō eſt nouū. C.de eden.quāuis Soc.ibi. aliter reſoluat, quod in materia editionis deduxit, ſed magis ſatisfacit reſolutio Decii. Et prædi. conclu. ſub paucis uoluit glo.cōiter approbata in d.c.cū ſunt, quæ dicit in prin.faueri actori potius q̄ reo.In medio utriq;.ī fine ipſi reo.
9 Tertio limita † niſi reus fauori ſuo renunciauerit.l.ſi conuenerit.ff.de re iud.cum no.ibi per Ale. in ij. col.

Et ad hanc regulam facit l. abſentem.ff.de pœn. ubi in materia pœnali traditur regula, ſanctius eſſe nocētem abſoluere quā innocentem con-
10 demnare, ideoque † ſi una pluribus coadunatis reperiatur percuſſus unico uulnere letali mortuuſque ſit, & ignoretur a quo illatū fuerit, nō poſſunt oēs de homicidio condemnari, ſed potius abſoluendi ſunt a pœna l.corneliæ, & aliter pecunialiter plectendi, ut hic per Dec.quædā ad d. l. abſentem. & ultra uide late Ale.cōſ. xv.col.j.& conſ.xiiij. uol.iij. & xlvj. lib.quarto.& conſi.ii.uol.vii.Fely.in c.ſignificāſti.el ij.colum.iij. de hom. Aquen.in d.l.ſi quis id quod. col.ſi. de iuriſ.om.iud.Caſaneum Vltramōtanum cōſ.lviii.Hippol. de Marſ. in l.j.in prin.in ult.co.ff.de quæſt.& in rub.C.de prob. col. lxxxiii. & latius in l.ſi in rixa.ff.de ſicar.

Et per d.l abſentem.iunctis ſupradictis.Luc.de pen.in l.i. C. de deſer.
11 & occulta.eorū libr.xii.dicit, q † ad mortem damnatus, laqueoque ſuſpēſus, ſi fracto laqueo in terram uiuēs ceciderit. credendū eſt id factū fuiſſe miraculoſe in dubio, cum ille proteſtatus fuiſſet de innocentia ſua, & cōcludit ipm fore liberandū, & ſequtur hic ſimpliciter Deci. tanquā notandum. Adde in primis id fieri non poſſe per magiſtratū uel populū ſubditū, ſed tantū per principē, quia cū ſit gratia & indulgentia, ſoli principi ſpectat & pertinet. l.diui .ff. de pœn. l.i.ad fin.ff.de quæſt.Felyn. late in c. cōſanguinei.de re iud.poſt Bal.Abb. & alios, ubi ſcribit, q per nouam nōtitiam innocentiæ rei confeſſi & cōdēnati executor debet omni modo quo poteſt ab executione perſonali ſuperſedere principiq; ſcribere, & ſi ex indulgentia liberandum duxerit, bene, alias ſi ſententiam exequendā reſcripſerit parendū eſſe, ut ibi p eū. Ideo eum talia contingunt cautela eſt, ut damnatus reducatur ad carceres tute cuſtodiendus donec cōſultus princeps quid agēdum reſcribat.

Opin. tamen Luc.de pen. & Decii ſupra relata lege non probat, poſtquā.ff.ille condemnatus extitit, conſtat nocentē eſſe, non innocentē, ſicque nihil facit.l.abſentem, & fractio laquei potuit contingere, uel p fraudem commiſſam, uel ex debilitate funis & chordæ.ita q neceſſario nō arguitur miraculum, & temporibus noſtris dum hoc contigiſſet in ciuitate Alexandriæ exiſtente ibi gubernatore quodā ex noſtris Vercellēſibus p

ſpicui ingenij, & clamaſſet populus
liberandum eſſe qui uiuus in terram
fracto laqueo ceciderat, id fuit polli-
citus miraculũque credere ſi iterũ ſu
ſpenſus in terrã uiuus caderet, iuſſit-
que duplicem laqueũ iniici & ſuſpen
di, quo facto incontinenti uitam cum
morte cõmutauit. Et tẽporibus di-
ui Hieronymi, ut ipſe in ſuis epiſto-
lis ad Innocentiũ ſcribit, nõne in ur-
12 be uercellarum † mulier accuſata de
adulterio ꝙ non cõmiſerat ter icta p
carnificẽ, & inde ad moto iugulo mu
crone mori non potuit, & tñ ut iniu-
ſtitiæ locus eſſet ſepties percuſſa legi
tur, & tandem uiſa eſt mori, ſublatũ-
que cadauer reuixit innocentiæ deo
fauente. Et cum adhuc requireretur
ad ſupplicium Euagrius epiſcopus
ab Auxentio Imperatore Magiſtra-
li tunc agente libertatẽ precibus ſuis
impetrauit. In hoc caſu bene dicerẽ
cũ Hieronymo ibidem. o uere ius ſũ
mum, ſumma malitia poſt tanta mira
cula adhuc ſeuiunt leges, neq; eo ca-
ſu fuit neceſſaria illa principis libera
tio. Eſt. n. qõ formata per Angel. &
13 Moder. in l. iij. ff. de legibus ſi † con-
tingat decapitatũ reuiuiſcere an ite-
rum ſit decapitandus? & reſpondent
ꝙ non, ex quo ſemel ſnĩam paſſus eſt
& mors oĩa ſoluit, & quemadmodũ
refert ibi Ang. hæc fuit ſnĩa theolo-
gorum. Non ſunt multi dies quibus
ſimul euenit in caſtro nbuo Terro-
nenſi, quidam . n. iniuſte de homici-
dio accuſatus, condemnatuſque, ter
per carnificẽ oĩbus neruis ictus mo-
ri non potuit, neque læſionem in cor
pore diuino ſuffragante auxilio reci
pere, propter quod ab executione ſu
perſeſſum fuit & conſultus Illuſtriſ-
ſimus Marchio Vaſti loci dominus,
qui iuſſit illum ad ſe adduci quẽ cõ-
perta ueritate liberauit, cum reſtõne
bonorũ quæ illi ablata fuerant.

Redeundo ad regulam legis nr̃æ
ꝙ in dubio reus ſit † abſoluẽdus quæ-
14 ro † quomõ debeat reus abſolui acto
re non probante? Dicas ꝙ ab obſer-
uatione iudicii ſi nihil ſit actitatum,
ſi autem fuerit actori aſſignatio fa-
cta ad probandum a lege, uel ab ho-
mine, tunc abſoluitur diffinitiue. ita
Bal. & Phi. Fran. in d. c. cum ſunt. Vi
de melius Are. in l. qui accuſare, C. de
eden. Rimi. in l. edita. col. xvi. eod. ti.
& Iaſ. in §. fi. l. iuriſiurandũ. ff. de iu-
reiur. ubi ponit qualiter intelligatur
quod dicit, diffinitiue quẽ eſſe abſol-
uendũ, uel ab obſeruatione iudicii,
& qui ac quales effectus inde reſul-
tẽt, p̃dictis ut ſupra ordinatis in quo
dã trac. p̃ſump. nuperrime p Alci. edi
to in xliiij. p̃ſump. iii. regulæ ad hãc
regulã & materiam quædam poni &
dici, quæ ibi uidere poteris.

Per iſtã regulã uolentẽ fauorabi-
liorẽ eſſe cãm rei quã actoris, ſicque
utilius eſſe ptes rei, & ꝓuocati defen
dere, quã actoris pſonã induere, ac ſu
ſtinere, inferri põt ad no. & practica-
bilẽ qõnẽ in materia pugnæ, & ſin-
15 gularis certaminis ſeu duelli, † quis
dicat ꝓuocator & quis ꝓuocatus.
quis actoris, & quis rei uice fungi de
beat, ut ſciat q̃ ps fauorabilior eẽ de
beat, iuxta terminos iſtius regulæ? ma
teria frequẽs eſt, hiſce maxime tpib.
ac ut plurimũ inter magnos & gene-
roſos uiros ſæpe exagitata, nec lõga
tpis intercapedo eſt, ꝙ orta dñia in-
ter illuſtrẽ Ioã. Thom. Mirandulæ co-
mitẽ, & comitẽ Thadeũ de Mãfredis,
p̃textu quorũdã uerborũ, ab eodẽ
comite Mirãdulæ, ut aſſerebat, ꝓla-
torũ, poſt infelicẽ & miſerabilẽ filio-
rũ ſuorum caſum, qui rixantes ſi-
mul periere, mandato illuſtr. Sabau-
diæ ducis Principis noſtri, ad p̃ces p̃-
fati Comitis Mirãdulæ conſuluit ci-
uitatis nr̃æ Vercellarũ ſacrũ, uenerã-
dũque iuriſconſultorum collegium,
cuius quidem conſilii onus hume-

tis meis fuit impoſitum,, & pro communi utilitate ac uera intelligentia materiæ duelli nonnullis reſecatis cõſummam hoc loco inſerere placuit, nec omníuo impertiuens aut ingratum fore putaui. Quamuis.n.materia duelli ad expertos in re militari uiros magis, quã ad iuriſconſultus ꝑtinere uideatur, unde ab Annibale Phormionem de re militari diſputantem deriſum fuiſſe quidam ſcribunt. Et Eudamidas (ut Plutar. in Laconicis apophthegmatibus refert) cum philoſophum de bello diſſerentem audiuiſſet, oratio, inquit, mirabilis eſt, ſed dicenti minime credendũ, non.n. circa eum obſtrepuit tuba. Attamen quia, ut in primo Ethico. inquit Philoſoph. legalis ſcientia architectonica dicitur, hoc eſt de aliis omnibus diſponens, & cui oẽs aliæ ancillantur & ſeruiunt, mirum uideri non debet, immo congruum, paruit a iureconſultis ſuper ea materia reſponſa dari. nonne.n. de re militari, de captiuis, & poſtliminio reuerſis, pleni ſunt libri noſtri, nonne de duello Ioan. de Lignano, Paris de Puteo, & plures Moder. tractatus cõpoſuere, nonne ſuper qõnibus & dubiis in hac materia exorientibus a iureconſultis deciſiones requirunt ob ſummis annorũ ducib. ab illuſtrib. exercituum conductoribus, ut patet ex conſi. Angl. cccIxxiiii. ex themate in nouis. Barba. lxii. lib. i. Calcag. ii. Iaſ. cxliiii. lib. ii. & cxiii. lib. quarto. Dec. cccclxxxvij. & dclxxxvi.. cum ſimil. Pariſ. in conſil. lxxxi. lib. Et rõnes, quas militares uiri in materia duelli differentes adducũt, ex legibus & doctrinis iuriſconſultorum ſumuntur, ad ſimilitudinem.n. contentioſi iudicii procedit duellum, idcirco emergentia dubia melius per iuriſconſultos quam per alios enucleabunt, & decident & in prædicta materia.

Bar. in l. i. C. de lit. conteſt. & Io. de Lignano, in trac. de duello. colũ. viii. Pariſ. loco præalleg.

Hanc igitur materiam tractaturi 16 præmittemus † duellũ nihil aliud eſt ſe quã duarũ partium de uictoria cõtendentium bellum & dimicatio, nõ tantũ duobus, ut quidam perperam exiſtimauerunt, ſed multorum, immo exercituum, alioquin non diceretur a Plauto duellum inter thebanos, & theleboas, & ab Horatio. Grecia barbariæ lento colliſa duello. Hinc eſt ꝙ quos nos hoſtes appellamus eos ueteres perduelles appellabunt, ut in tit. de uerbo. ſig. Caius iuriſconſultus meminit.

Contingebat in ea quæſtione de duobus principaliter dubitari. primo utrum inter prædictos comites duello locus eſſet. Secundo hoc præſuppoſito ſeu conceſſo, quis ipſorũ prouocator diceretur, ita ꝙ actoris partes ſuſtinere deberet.

Circa primum articulum inquirendum 17 in primis uidebatur, † an duellum licitũ ſit & permiſſum, & in defectum probationum concedendum uel non? quem articulum latius quã alii ad partes arguentes examinant Barbatia & Calcaneus in præallega. conſiliis, quæ ſibi inuicem contrarii euiderunt in cauſa duorũ nobilium a Ducalis Sabaudiæ excellentiæ uaſallorum, ut in eis patet. Cõis doctorum ſententia eſt duellũ omni iure diuino .ſ. & humano prohibitum eſſe, cũ probatio per duellũ deceptiua ſit & fallax eligaturque percuſſio proximi, & expo propriæ uitæ nec fit quis dñs membrorũ ſuorũ & minus animæ, & fiat diuini iudicii cum tentatione dei uſurpatio, ideo regem uel principe illud concedere nõ debere, nec abuſum conſuetudinis a peccato mortali excuſare ꝑp periculũ perditionis animarũ. Bal. Aquenſ.

& alii i l. ex hoc iure. ff. de iuſt. & iu. Barb. Calc. & Iaſ. i pal. cõſ. ubi leges iura, rõnes, & auctoritates citãt. Clauaſi. & Caietanus in eorum ſummulis, in uerbo, duellũ. Deci. i cõſ. cccclxxxvij. & Pariſius loco præallegat. Ex conſuetudine tñ generali fere totius Italiæ deuenitur ad duellum & ſingulare certamen, de factoq; obſeruatur, maxime pro conſeruatione honoris & famæ quæ uitæ æquiparat. l. iuſta. cum gl. ff. de man uindi. cũ plene cumulatis per Cur. ſeniorẽ in repetitione. l. admonen. colũ. lxxvij. ff. de iureiuran. Perindeque tunc eſt ac ſi de iure licitũ permiſſumq; foret, ſecundũ Doct. ut per Deciũ in conſil. ccccclxxxvii. & Curt. iuni. in conſilio. clxxiii. Pariſi. loco præalleg. Quod reſpectu peccati procedere non putamus per pdicta. Niſi ex magna & rationabili cã principes permitterent, ſicuti permittunt meretrices, qm nõ peccarent, ſcdm Caietanum in loco ſuperius citato, peccarent tñ prouocantes & ſuſcipientes duellum ſicuti peccant mortaliter meretrices, ut p eundem Caietanũ in ſua ſummula i uerbo meretrices. Ex maxima tamen cauſa, & pp publicum bonũ quod ex eo ſequeretur, id fieri poſſe abſq; peccato arbitraremur, ut in exemplo ſequenti. cum de Sicilia inſula Carolus Andegauenſis & Petrus Tarraconenſis diu bella geſſiſſent & infinita pcederent mala, Martini ſummi pontificis collegijq; Cardinaliũ auctoritate (ut Paris Put. in præallegato tractã. ſcribit) in Aquitanis Burdegalæ armis concurrere conuenerunt & pacti ſunt, Iureq; iurãdo ſanxerũt uter uictus eſſent inſula decedere, nec i ea re amplius controuerſiã facere. Et ſi inuictiſſimus Cæſar, & potentiſſimus Francorũ Rex, controuerſias eorum ſingulari certamine & duello direxiſſent aut decidere uellent, obuiã que hoc modo tot incendiis, ſtupris, homicidiis, calamitatibus, & malorũ undis irent etiam ex conſenſu ſummi pontificis, quis ſani capitis hoc illicitum & damnatũ diceret, ab oib. laudandum eſſet, & approbandum?

In terminis quæſtionis nobis propoſitæ alio nõ facto nec apparẽte ar
18 bitrabamur † duello minime locum fore, non ea rõne q ſuper querela pdicta prius criminale iudiciũ inſtitutum fuerit. quãuis. n. electio iudicialis ſtrepit[9] impediat iniri debere au poſſe duellum, ut per Bal. & alios in §. fi. l. cum filius. ff. de lega. ij. Canoniſt. in capitulo j. & ij. de purga. canon. facit l. ſi mulier in fine. ff. quod metus cauſa. ibi, uia quã elegiſti hęc tibi pateat. Tamen, ut dicitur, iudiciũ illud non fuit a parte inſtitutum, ſed per ordinariũ ciuitatis Parmæ ex mero officio, ideo ceſſat rõ doctorũ ad impediendum duellum conſiderata

Præterea potiſſima pars querelæ erat, q illuſtris Mirandulę Comes dixerit uulgariq; fecerit homicidium filij ſui cõmiſſum fuiſſe re prius inter Comitẽ de Manfredis, & comitẽ Galliotum Picum compoſita, & ſup hoc ut intellexeramus nullum iudicium pendebat, ergo &c. Verum mouebantur quia licentia & auctoritas principis ad hoc (ut dictũ eſt) requiſita non interuenerat, ut dicit Bald. in titu. de pace tenenda in principio in quinta col. per legẽ j. C. ut armo. uſus inſcio princip. libro undecimo, & Decius in conſi. ccccccclxxxvj. colum. ſecunda. Item quia multa ſub inuolucro uerborum obiiciebantur Comiti de Manfredis in reſponſionibus & chartellis illuſtriſſ. Comitis Mirandulæ, ſuper quibus iudicio Sereniſſimi Cæſaris, uel per illius Maieſtatem deputandi ſe ſtare uelle Comes Mirandulæ profitebatur, ſeque obtulerat quod recuſabat Comes de

Manfredis aliam certam conditionē offerens, Antequam ſuper prædictis per Cęſarem uel alium deputandum facta eſſet declaratio ceſſare debebat duellū,cum multa coram tali iudice afferri poſſent,honeſtatis gratia in literis & chartellis Mirandulę Comitis non expreſſa,uerum(ut ipſe inq̃t) ſuppreſſa. Exprimenda poſtmodū corā dicto iudice q̃ futuro duello inter p̄dictos comites impedimēto eſſe poterunt , præſertim[ſi de infamia uel imparitate obijceretur.

Ante igit̄ p̄dictorū declarationem & liquidationē ſequendo Bal. in loco ſ.alleg. Barb.& Iaſ.in ult.col.p̄al lega.conſiliorū dicendū uidebat̄, nō
19 eſſe locū duello,ſunt.n.† plura requiſita ad obtinendū duellū, inter cætera ꝓuocās maior,uel par eſſe debet, cum non liceat minori aſcendere, ad iudicemq; ꝑtinet ꝓnunciare & declarare duello locū non eſſe ſtante imparitate inter contendentes ſecundum doctores in locis proxime alleg.

Præſuppoſito autem citra prǽiudicium ueritatis, ꝙ huiuſcemodi cōtentio inter p̄fatos comites ſingulari certaminis & duello diffiniri poſſet,ſicque declarari contingeret per Cæſarem uel aliū,nam Cæſar id facere non ſolet , quinimmo ad bellum prouocantes graui pœna conſueuit afficere. Diſcutiendā eſſe ſecundam dubitationē dicebamus, quis ipſorū
20 comitū† ꝓuocator diceret̄,actoriſq; partes ſuſtinere deberet, & quis prouocatus & reus. Scribētes ſup materia duelli q̄ōnē hanc arduā dicūt , & fere omnē difficultatē p̄ſentis materiæ in diſcuſſione huiuſce articuli conſiſtere. Prouocatus.n.dr̄ reus, cuius cā fauorabilior eſt, ut aptiſſime ī iſta regula dr̄. Ideo eligit iudicē,locū,tēpus,& arma militaria.cum ꝑter ſpē ad pugnā uocet̄, & quodāmodo trahatur,ut Pari.in trac. de duello cap.incip. ꝙ prouocator eligit lib.ii. Iac. Rebuff.in l.unica.C.de gladiato. lib.xj. Iaſ.& Deci.in conſiliis præal. & oēs alii qui de hac materia tractārunt.Ex generali tamē conſuetudine fere totius Italiæ , quantū ad locum & iudicē obſeruatur contrariū . Qđ inductum uidetur in fauorem ipſius prouocati,& rei, ut releuetur ab onere inueniendi congruū & non ſuſpectū locum.Iuſtumq; iudicē qđ difficile eſt , quia catholici Principes propter peccatum duello contendere , pugnareque uolentibus concedere recuſant , nec in tali caſu iudicare uolunt.

Antequam attingeremus meriti ꝓpoſiti caſus præmittebamus ꝙ ob
21 p̄dicta qui † huiuſcemodi querelas proponūt , literaſq; & chartas quas chartellos ipſi nuncupant mittūt,diuerſis cautelis uerbalibus in eorum ſermonibus, & circa emiſſionem , & prolationem uerborum uti ſolent . Qui enim pure & ſimpliciter contra aliquem querelā proponit , perperā ac æquite & nobili uiro indignū eū aliquid feciſſe dicens,aut tale quid dixiſſe uel dicere aduerſus ipſius honórem,& illum mētitū fuiſſe,ac mētiri quoties id fecerit aut dixerit dicatve,& ſe id armis oſtenſurum , uel defenſurum , graui iniuria aduerſarium afficit. Bartol. in l. apud labeonēm.in §.ait prætor . per illum textum.ff.de iniur. & Deci. in conſilio dclxxxvj.colum.ſecunda . Eſtque proculdubio prouocator duelli,& actoris partes ſibi aſſumit,ex quo primo querelam dat,ad armaque aduerſarium uocat . l. in tribus . & l. qui prior.ff. de iudiciis. l. libertus a patrono.ff. de in ius uoca. tradunt Ioannes de Lignano , Puteus , Rebuff. Iaſon. & Deci. in locis præallegatis.

Alter uero ꝓuocatus & reus dici-

tur,cuius cauſa in multis, ut infra latius dicet̃,eſt fauorabilior. Et iſtud procedit ẽt ꝙ huiuſcemodi querela porrigentem,ita ꝙ a querelato oriat̃ iniuria ab illoq; origo rixæ & mali ꝓcedere uideatur,quia adhuc talis que relãs actor dicitur & ꝓuocator duelli,non reus; cũ cæperit querelã proponere chartellos edere,aduerſariũq; ad arma uocare. iuribus proxime allegatis cũ aliis de quibus per Afflictũ in deciſio.regni cclxviii.& Deci. in cõſi.præalleg.Quãuis enim aduerſariũ ꝑperam aliquid fecerit dixerit ue,ſicq; fuerit iniuriæ ꝓuocator, ori goq;: ex quo tamen ipſe nõ uocauit ad cauſam armorũq; iudiciũ querelãtẽ,ſed ipſe eſt qui uocat: neceſſarium conſequens eſt eũ eſſe reũ & ad duellũ prouocatum,nõ autẽ actorẽ duelli.ſicq; aliud eſt eſſe prouocatorẽ iniuriæ,& originẽ mali: aliud eſſe prouocatorẽ certaminis & duelli; ut Paris de Puteo in tracta. præalleg. aliique de hac materia ſcribentes adnotarunt.

Ex quibus liquet magni momenti non eſſe cautelam, quam prudentes quidam & in re militari experti uiri ad pugnam & duellum, ut dictum eſt,prouocati obſeruant. nã antequam eis legatur pars illa literarũ & chartelli ubi querelans ad mentiẽdum deſcendit,a lectura deſiſti faciunt,& dicunt querelantem mẽtitum fuiſſe & mentiri,de hoc inſtrumentũ præcipientes ut ipſi primum dixiſſe uideanẽ aduerſariũ mentitũ ac mẽtiri, ſicq; ſint mẽtitores & defenſores honoris ſui,& conſequenter rei & ꝓuocati. Putant enim ꝙ ſi paſſi fuiſſent ſe prius mentiri, tanquã grauati armis ſolũmodo poſſint honorẽ ſuũ defendere,& ſic neceſſitẽtur actores ſe facere; Sed cũ in eadem charta ꝑ querelantem primo emiſſa continea tur querela & ſimul cum opprobrio mentientis obiectio. negari non poteſt quin ad mentiendum querelans prior fuerit quam querelatus & prouocatus,& ſi talis mentitio inualida cenſeatur ad aggrauandũ opinionẽ & honorem querelati,ac ad conſtituendum quempiã actorem duelli, uel prouocatum & reũ,hoc parũ faciat. Tota enim uis ut diximus eſt, quis primo querelam porrexerit, ad cauſamq; & pugnam aduerſarium uocauerit;illi equidẽ duelli ꝓuocator erit & actoris partes ſuſtinebit non obſtante quãuis ſophiſtica forma & cõceptione uerborum quibus querelans uſus fuerit, etiã ſi dixiſſet ꝙ nõ intendebat ꝑ ea quę dixerit uel ſcripſerit partes actoris aſſumere ſed uelle honorem ſuum defendere; quia cum leges & iura dantem querelam & ad iudicium armorum prouocantem, actorem & prouocatorem faciant,& conſtituant, non poteſt ipſe cum ſuis cautelis & proteſtationibus ſe prouocatum & reũ conſtituere,ac eludendo iuris diſpoſitionẽ facere ut leges & iura diſponẽtia talẽ eſſe actorem in actionibus ſuis locum non habeant.l.ſi prætor.in princ.ff.de iud.l. nemo põt.ff.de leg.j.l.leges C. de legi.c.ſi ciuitas. de ſentẽ. excommu.in vj.& c.j.cum no.de conſtitu. alias eſſet ĩ poteſtate & facultate cuiuſlibet prouocantis cum cautela uerborum de actore & prouocatore ſe prouocatum & reũ facere,quod eſt abſonum & minime dicendum l.nam abſurdũ .ff.de bon.lib.cũ aliis adductis ꝑ Deci.in c.cum inter.in vij.not. de excepti. Et ultra ꝙ excellentiſſimi doct. ita cõiter cõcludunt & cõſuluerũt,ut ex præallegatis liquet, armorum proceres, & in re militari experti duces, prout prudentiſſimus Vrbini Dux, quemadmodũ a pluribus accepimus annis p̃teritis in q̃rela q̃ uertebat̃ inter illuſtres uiros quodã Cæſarẽ Fre

goſiū,& Cagninū Gonzagā, aliique plures ſuper diuerſis querelis ita iudicarunt & reſponderunt,& recte legum quidē diſpoſitionē inſequētes. Si tamen ille contra quē data fuit querela,& miſſus,ut ita dixerim,chartellus non exciperet ſimpliciter, aut ſe culpabilem negaret dicendo aduerſarium mentitum & mentiri, uerum illum mentiri diceret,& ſe id armis oſtenſurum,probandi onus in ſe aſſumeret.& de reo efficeretur actor ad pugnam inuitando & prouocādo aduerſariū.l.circa.ff.de probatio.l.in tribus.ff.de iudi.Iacob.Rebuff. in l. unica.circa fi.C.de gladiator.lib. xj. & alij de hac materia ſcribentes. Secus ubi diceret delatorē & querelantē mentitū & mentiri, ſeq; paratū id cū armis defendere, tunc.n. clare apparet defenſiuā eū partem nō offenſiuam,ſicque rei non actoris capere, Iac. Rebuf.loco ꝓxime alleg. quidquid dixerit Paris contrariū ſentiens loco etiā ſupra citato.cenſeri igitur debet prouocatus & reus, ita quòd ſumme laudandi ſunt ad duellū prouocati qui uerbis defenſionē potius quā offenſionē ſapientib.utuntur ne partes actoris uelle aſſumere uideantur. Et hæc uidentur procedere qñ ille qui literas, ꝙ chartellum dicunt, miſit ad arma prius non recurrit, ſed ſi ille ultra mentiendi opprobrium arma cōminatus fuiſſet, prouocator uidetur & actor,alter uero prouocatus & reus quamuis armis ultra rementiendi opprobrium id oſtenſurū uel defenſurū dicat & offerat,ex quo enim aduerſarius incepit priorq; fuit ad inuitandum ad arma, prouocator & actor dicendus eſt, nec curandum in claris quibus uerbis defenſiuis uel offenſiuis prouocatus uſus ſit, cum non curemus de modo quando habemus effectum.l.iij.C.de inſtitu.& ſubſti.ſub condi.fac.l.etiam hoc mo. do.ff.de leg.j.& iſto caſu ſaluari poſſet qd' ſcribit Paris, quē proxime retulimus & reiecimus. Sed qui haſce literas, & huiuſcemodi chartellos ſcribūt mittuntq;,cum peritioribus tractatu habētes modeſtius ciuiliuſque agentes cōditionaliter loquunt & ſcribunt;ſi,& quoties puta, id feceris,dixeris,ve,aut dicas,perperā maleque factū dictumve fieriq; & dici, & te mentitū mentiriq; dico, & armis defenſurū. Niſi aduerſarius id factū aut dictū neget, ſicq; conditio uerificetur, diſpoſitio facta ſub conditiōe ipſa conditione non impleta locum non habet,& neuter contendentium quicquā affirmat,nulliuſq; eorū opinio aut fama grauatur,propterea inter tales nō cadit duellum.Sinautem aſſerat,fateaturq; factū uel dictum & bene factum dictumve cōtendat, dicens aduerſariū mentitū & mentiri, armiſq; ſe id defenſurū, ut aliquādo fit,dicunt pleriq;& precipue in re militari experti uiri & duces, eū qui fatetē ſic dixiſſe aut feciſſe uel dicere, eſſe prouocatorē primū alterū defenſorem honoris ſui mentitoremq; ac prouocatū, ad eumq; pertinere electionē armorū. Sed errant & cōtrarium de iure uerius eſt, maxime per ea quæ ſupra diximus de intentante beneficium.l.diffamari,ꝙ licet ꝓuocatus ueniat ad iudiciū, tñ ſm leges & cōiter a doctoribus receptas ſententias actor dicitur & non reus, ut ꝑ Decium leges & iura ad hoc citantem in conſi.ccccclxxxvij.col.ij.ſic in propoſito quāuis literas & chartellū primo mittens ob iniuriā ſibi aut cōtra honorē ſuū illatā ad ſic ſcribendum prouocet,actor tñ nō reus iudicari debebit. Poterit itaq;, ut in ſuperioribus tactū fuit, aduerſarius uñ orta aſſeritur iniuria prouocator dici reſpectu iniuriæ, mittens uero chartellum prouocator duelli,qñ.ſ. dixit

in caſum negationis ſe id armis oſtẽſurum uel defenſurum. ꝙ ſi ultra mẽtionem ad arma non confugerit, neque illa minatus fuerit neuter dicetur duelli prouocator. Et erit tunc neceſſe ꝙ ultra opprobrium mentiendi, ille qui ſe magis leſum & oneratum reſpectu honoris putat, ulterius procedat ad arma confugiendo, & ad pugnam aduerſariũ inuitet cõducatq;. Vnde ad deciſionem propoſitæ, q. deſcendendo dicebamus uiſis quinque chartellis, ut iſti duellatores nuncupant, una cum manifeſto ſeu literis patentibus Comitis de Manfredis & tribus ipſius Comitis Mirandulæ ex ipſorum lectura clare liquere Comitẽ de Manfredis pure ſimpliciter & affirmatiue propoſuiſſe querelam contra Comitem Mirandulæ, dum aſſeruit notum ſibi eſſe medio perſonarum quæ ſunt fide dignæ, ſicuti Mirandulæ Comes a ueritate diſcedens diuerſimode calumnias falſasq; notas ſibi adſcripſit, & per uxorem eius adſcribi fecit dicendo uulgandoq; dictum homicidium filii ſui non fuiſſe caſuale & in rixa perpetratũ, ſed tractate req; prius compoſita cum Comite Gallioto Pico, dicendo eũ fuiſſe mentitum & mentiri, armisq; ſe id defenſurum. Cui quærelæ & imputationi prudenter reſponſum fuit per Mirandulanum, qui ad cautelam ante lectam auditamque particulam chartelli ubi ad mentiendum Comes Mãfredi deſcendebat, reſpondit, illum mentitum & mentiri & ſuper dictis & propoſitis contra eum. Cui ergo dubium ꝙ Comes de Manfredis prouocator duelli cenſendus non eſſet & actor? Comes uero Mirãdulæ prouocatus & reus, ſecundum iura & receptas a doctoribus ſententias ac ẽt iudicium in re militari expertorum uirorum & armorum ducium. ut ſupra dictum fuit. Et conſequenter di-cebamus ꝙ ſi huiuſcemodi quærela armis decidenda foret & per duellũ, ſicque iudicari contingeret, Comes de Manfredis duelli prouocator diceretur, actorisque partes ſuſtineri deberet, Comes uero Mirandulæ prouocatus & rei perſonã repręſentãs, ita ꝙ armorum electio & temporis dieique præfinitio ad eum, per ea quæ in ſuperioribus diximus & retulimus, ſpectaret & ptineret. Et iſtud eſt in quo cauſa prouocati fauorabilior eſt quàm cauſa prouocantis. Eſt aliud maius adhuc commodum, ꝙ quis potius cẽſeatur prouocatus, quã prouocator cum enim duelli prouocator die tali per prouocatum eligẽdo cenſeatur promiſiſſe, qua impoſuit & propoſuit ſe probaturum niſi prouocatum & aduerſariũ in pugna uicerit & ſuperauerit, quod ſpoponderat & pollicitus fuerat præſtitiſſe adimpleuiſſeque non dicitur pro uictoque habetur, nec amplius tentanda erit fortuna. quod eſt magni momenti, Bal. & alij in d. c. j. in princ. de pace tenen. Sicque maximum commodum eſt ꝙ ſit quis potius prouocatus, quã prouocator & actor.

SVMMARIVM.

1 *Prædo multis modis dicitur.*

2 *Prædo poſſeſſione ſua quando non reſtituitur.*

L. CLXIX. Vlpianus.

Nemo prædo eſt qui pretium numerauit.

SVMPTA eſt ex §. ſi quis ſciẽs. l. ẽt. ff. de peti. hær intelligẽdo, ut ibi p gl. Et niſi auctoritate ꝓpria rei em ptæ poſſeſſ. occupaſſet. l. ſi ex ſtip. cũ ibi no. p Alex. Iaſ. & doc. ff. de acqrẽ. 1 poſ. Dicit† aũt prædo multis modis:

Claua.in ſumma in verbo,prædo.qni poſſeſſione ſua iure incognito,priuãdus non eſt.c.in literis.de reſti. ſpol. faciunt no.pulchre per Fel.in.c.fi.colum.fi.de preſum.Dicũt tñ Inno . &
2 But.in d.c.in literis,ꝙ † vbi cõſtaret agentem remedio recuperandæ prædonẽ eſſe,non foret locus diſpoſitioni.d.c.in literis, quia res aliena ſine peccato retineri nõ põt.c.literas. de reſti.ſpol.&.c.cum tu.de vſur.debet itaq; tex.ille volens ẽt prædonẽ eſſe reſtituẽdũ de eo intelligi, qui prædo dicitur nondum defecto ꝙ talis ſit. quãuis doct.indiſtincte dicere videãtur prædonẽ eſſe reſtituendũ,dũmodo cũ dño non concurrat. l.colonus ff.de vi & vi arma.ideo de hac materia videnda ſunt que Mod. ſcribunt in .§.nihil commune.l.naturaliter.ff. de acq.poſ.

SVMMARIVM.

1 *Homo liber nõ poteſt in cõtractu deduci.*
2 *Hominis liberi emptor non dicitur locupletior.*

§. Locupletior non eſt factus qui liberum acquiſierit.

NEC primus nec ſecundus intel
1 lec.gl.conuenit: ideo intelligas † de libero homine. ſ. qui in contractum deduci non poteſt.l.inter ſtipulantẽ §.ſacram.ff.de verb.ob.l.liber homo ff.ad legem Aqu.nec a quo quã retineri.toto tit.ff.de lib.hom. exhiben.
2 nimirum igitur † ſi liberum hominẽ acquirens,ſcientes ſcilicet, non intelligitur factus locupletior,vt hic dicitur,facit tex.notab.in. l. pretia. rerũ ff.ad legem falc.

§. Cum de lucro duorum quæritur,melior eſt cauſa poſſidẽtis.

VIDE quæ diximus in. l. in eo quod.§.eo.& in.l.in pari.§.eod. tit.

SVMMARIVM.

1 *Momentanea quando habeantur in conſideratione.*

L. CLXX. Paulus.

Cum prætor in hæredem dat actionem quatenus ad eũ peruenit,ſufficit ſi vel momento ad eum peruenit ex dolo defuncti.

PRO gloſ.iſtius legis ſufficit. l. videamus.ff.quod metus cauſa, vnde
1 ſumitur præſens regula.Vbi vero † & quando momentanea acquiſitio in conſideratione habeatur, Deci.ſe remittit ad not.in.l.ſi tibi.ff.ſi cer.pet. ego latius dixi in.l.non videtur quiſquam.

SVMMARIVM.

1 *Ius ex perſona actoris metitur non poſſeſſoris.*
2 *Poſſeſſionis iuſtæ commoda ſunt infinita,& econtra num.* 10.
3 *In cauſa poſſeſſoria quando ſummaria probatio requiratur. Et an ſit magni præiudicij.*
L.fi.c.de edic.diui adri. declaratur.
4 *In cauſa poſſeſſoria admittitur reprobatio teſtium.Et appellatio nu.*5.
6 *Poſſeſſorium ſummarium quod ſit. Et quid plenarium nu.*7.
8 *Poßidens bona quando bono, poſſeſ. agnouit an teneatur probare ſe intra debitum tempus agnouiſſe.*
9 *Fauorabiles perſonæ in cauſa prælationis ratione prioritatis temporis de qua non conſtat,an præferantur etiam contra poſſeſſorem.*

L. CLXXI. Paulus.

In pari cauſa poſſeſſor potior haberi debet.

AB iſta.l.extracta fuit regula.c. in pari.de reg.iur.in.vi.Et vltra concordantes alle.per gl.facit text.l. in eo quod ac.l.nemo prædo.in.§.cum de lucro.ſ.eo.c.ex literis, de proba. §.j.l.vti frui.ff.ſi vſufr.pe.ibi, vincet iure quo poſſeſſores potiores ſunt, licet nullum ius habeat. ad idem text. no.in.l.ij.ff.vti poſſi. accedat vulgatus.§.commodum.inſtit. de interdi. actore enim non probante abſoluendus eſt conuentus & ſi nihil probauerit,vt ibi.Hinc ſolemus dicere nos
1 † metiri ius ex perſona agentis, non ex perſona poſſidentis.l.i. ſupra
2 ſi pars hære.pet.Infinita†prope ſunt poſſeſſionis commoda:iuſtæ vj. ſecũdum not.Decij in conſi.clxix. colu. fi.quemadmodum vltra not. per ſcribentes in dictis locis, videre poteris per Pau.de caſt.in cõſi.50.& clxxix. in antiquis, vbi in dubio poſſeſſoribus fauẽdum eſſe dicit.Abb.in.c.in præſentia,col.x.verſi. ſi uero cauſæ. de proba.practi.Papi.in forma lib.actio.nega.in gl.ſuper verbo, per quã dam,Barba.in.c.ex literis, colu. x. de prob.in.c.i.col.xxvij.eod.ti.in conſ. xxiij.col.pe.& in conſi. xxxix. colu. iij.vol.iiij.gl.& ſcribentes in.c. afferte.de præſumpt.Alex.in conſi.xxx. col.fi.lib.iij.& in conſi.cxl.vol. v.Feli.in.d.c.ex literis,col.j.& in.c. olim, col.pe.& fi.de reſcrip.Cur.ſen. in repe.l.admonendi,col.lxxxvii. cũ ſeq. ff.de iureiur.Iaſ.in.l.j.col.ij.ff. ſolu. mat.in.l.ſi poſt.C.de iur.& fac.igno. & in l.nemo poteſt.in.ii.lect.fol. penul.ff.de leg.j.Corſe. in ſingul. ſuis in verbo matrimonium el. iii. Deci. in.l.fi.colu.pen.vbi plura citat.C.de edic.diui.& hic ac in conſi.clxix. co. fi.&.cccclxiij.col.vlt.Hipp.de Marſil.in nota.lxxxij.& Ripam.in.c.ſepe. de reſtitut.ſpol.

Sed in contrarium facit tex.no. in.l. fi.in ſecunda parte.C.de edict. diui.
3 vbi in poſſeſſorio iudex ſequitur apparentiam,& eſt facilis in mittendo in poſſeſſionem, quia ſecundum Deci.ibi in.iiij.& ſeq.not.dicitur agi de leui & modico præiudicio in iudicijs poſſeſſorijs,ita ꝙ ſufficit ſemiplena probatio etiam per vnum teſtem vel famam.allegat Bar.in duobus locis. & Matheſil.vt ibi per eũ: qui ſic conſuluit in conſi.lvi.cclij.&.dclxiij. ſequitur Cur.iunior in.d.l. admonẽdi, col.xix.ſiue antepen.vbi addit, quia cauſa eſt momentanea.l.vnica. C.ſi momen.poſſeſ.fue.appella. non admittitur reprobatio teſtium, nec in dictis,nec in perſonis allegat Rom. & Aret.Nec ſimiliter admittitur appella.in poſſeſſorio ratione prædicta d.l.vnicæ cõſuluit Dec.i cõſ.xxviij. Tu autem diligẽter aduerte ꝙ immo cauſa poſſeſſoria eſt magni & cõſiderabilis præiudicij,cum magnum cõmodum ſit poſſidere.d.§. commodũ cum alijs plene ſuperius alleg. & ita in terminis poſt Bald.tenet Curt.ſenior loco præallegat.idẽ voluit Deci.in.c.edoceri.col.iii.de reſcri. & in c.cauſam quæ.col.ii.de iudic. Et Afflictus in deciſio.regni.ccclxiiij. vbi dicit hoc voluiſſe Bar.in.d.l.admonendi,col.xiij.& in hac opin.fuiſſe ſacrũ conſilium regiæ maieſtatis: & ꝙ non ſufficiat ſemiplena probatio, nec vnus teſtis vel fama.Eandẽ opinio.tenet Alex.in conſi. clxxxvij.ad fi. lib. vij.dicens magis communẽ opin.eſſe hanc,ꝙ in iudicijs poſſeſſorijs nõ ſufficiat ſemiplena probatio, vt voluit Bar.in extrauag.ad reprimen. in verbo ſummarie,vbi hoc dicit, ſed neſcio vnde ipſe tunc collegerit illam magis cõem opi.cũ dicat Cur.ſenior

loco præalleg. ꝙ omnes uſque ad tẽpora ſua contrarium tenuerunt. Eandem opinio. tenuit Ripa, licet de prædictis non faciat mẽtionem, in l. ij. ff. quorum bo. circa finem. Ex quibus uidetur mihi nunc ꝙ iſta poſſit dici magis communis, ꝙ cauſa poſſeſſoria dicatur magni & conſiderabilis præiudicij, & ꝙ in ea non ſufficiat ſummaria probatio, ſed requiratur plena, quemadmodum in alijs cauſis, ut per Bar. in dicto uerbo ſummarie. & per prælleg. Pro qua opin. facit tex. in l. j. C. quorum bo. in uerbo, ſi probaueris. quæ uerba ut dicũt doct. habent ſenſum uere & perfecte probationis. l. Lucius. ff. de conditio. & demonſtra. Fel. in rubr. de probatio. col. ij. ꝙ clauſula ſi probaueris in reſcriptis appoſita, plenam & perfectã exigit probationem. Poſtremo dico hanc opinio. probari manifeſte ꝑ d. l. ſi. licet Deci. pro ſe adduxerit. põderando ꝙ iudex ſequitur apparentiam ſecundum eum. loquitur enim in princ. id uolens ubi non adeſt legitimus contradictor. ſicque de intereſſe tertij non agatur, tunc iudex facilis eſſe debet in faciendo miſſionem in poſſeſ. requiſitam, & ſufficit ſummaria cognitio, & probatio, ac inſtructio iudicis ut inducatur ad concedẽdum miſſionem in poſſeſ. iuxta tex. l. in lege Aquilia. ibi, ad ſuſpicionem iudicem adducam. ſupra ad legem Aquil. hoc eſt ꝙ dicitur in d. l. fi. prima facie ſeu prima figura, quaſi prima fronte hoc uideatur. cum iura partium perfecte non diſcutiantur, ſecũdum Bart. in dicto uerbo ſummarie. in ij. col. Sed ubi appareret legitimus contradictor & res agitur in figura iudicij, tex. d. l. fin. in uerſi. ſinautem aliquis contradictor. uult oppoſitum, ꝙ cauſa plene diſcutiatur, & illi acquratur poſſeſſio qui potiora & meliora iura oſtenderit, & cõſequenter ex prædictis fortiſſime iudici poteſt. pro hac opi. ꝙ in poſſeſſorio dato legitimo contradictore, & ſic cum res tractatur in forma iudicij perfecte debent diſcuti iura partium, & ſic requratur plena probatio. Ex quo infer-

4 tur, ꝙ † erit etiam admittenda reprobatio teſtium in dictis & in perſonis, ita uult Abba. in c. licet cauſam. in tertio notab. de probatio. & Fel. in c. ueniens. el ij. col. iiij. de teſti. quicquid dixerint Curt. & Are. præalleg. alias facile eſſet inducere aliquos teſtes ſuſannæ, ut dicitur, & obtinere in poſſeſſorio, quod eſt abſurdum, ergo euitandum. l. nam abſurdum. ff. de bo. liber. licet enim cauſa ſummaria ſit, non debẽt propterea defenſiones parti tolli. clemen. ſæpe. in uerbo, defenſiones. de uerbo. ſignific. tradit Fel. in d. c. ueniens. colũ. iiij. faciunt quæ ponit Iaſo. in conſi. lxxxj. colũ. iij. lib. iij. ꝙ poſſeſſorium non probaẽ per teſtes ſingul. Et pariformiter

5 † non reijcietur appellatio, quicquid dixerit & conſuluerit Deci. ſupra relatus. quamuis enim non ſit dandum interim, ſeu non retardetur executio ſententiæ prolatæ in iudicio poſſeſſorio ꝑ appellationẽ interpoſitã d. l. unica. C. ſi de mo. po. fu. ap. tñ appellatio admittiẽ nõ retardata executione ſñiæ & cognoſciẽ de iurib⁹ & iniquitate ſñiæ, ut ibi ꝑ gl. & ſcribentes ꝑ Bar. & alios in l. ij. de ap. recip. & plenius ꝑ Affli. in deci. regni cclxix. cũ ſimilibus. Et ita ſeruaẽ ĩ practica, ꝙ requiraẽ plena ꝓbõ & nõ ſufficiat ſemiplena, ꝙ reprobõ teſtiũ in dictis & ꝑſonis ſit ꝑmiſſa, ꝙ admittaẽ appellatio nõ retardata executione. Tandẽ ut ſemel finiã, arbitror opi. ꝑdicto rũ doctorũ fœdere diſtinctionis ſic poſſe cõcordari, & citharã diſcordantẽ ad cõſonantiã ſic poſſe reduci. cõſiderando duplex eſſe poſſeſſorium. vnũ ſummariũ, aliud plenũ ſiue ple-

narium, ut declarant Bald. & Pau. de Caſt. in l. ordinarij colū. pen. & fi. C. de rei uend. Pau. de Caſt. notanter in conſil. v. in antiquis. Poſſeſſorium
6 † enim ſummariū dr̄ illud quod principaliter ordinatur ad finem ne lite pendente ſuper proprietate uel poſſeſſione partes ueniant ad arma ſeinuicem turbando enſemq; pro libello oſtendendo: ut dicit Bald. in l. quiſquis. infra quorum appell. cum quælibet pars ſe poſſidere prætendat: & ut ſciatur quis actor, & quis reus eſſe debeat. d. l. ordinarij. cum ibi not. per prællega. Et dr̄ iudicium ſummarium, quia natura negotij exigit ut ſummarie procedatur, cognoſcatur, & ordinetur. & ſolum affert præiudicium lite pendente & donec plenius fuerit cognitum, uel aliter ordinatū. Eſtq; tanquam præparatorium ad finem alterius iudicij ſtatutum, & momentaneum aptitudine: ideo non requiritur plena probatio, ſed ſummaria ſufficit: neq; exigitur libellus uel litis conteſtatio, nec ſententia diffinitiua, ſed interlocutoria tātum. ut per Bald. & Paul. de Caſt. in locis prællega. Rotam in deciſio. ccccxxxvij. in nouis. & Dec. in conſ. cccij. Et in iſto poſſeſſorio ſummario modici temporis, & conſequēter cenſura iuris modici præiudicij. arg. l. ſi debitori. ff. de iud. cum poſſit apparere de cōtrario, & interlocutoria poſſit reuocari, & totum oppo. pronunciari dando poſſeſſionem huic parti, procedant quæ hic dixit Deci. Bar. & alii in locis ſupra allega. ꝙ ſufficiat ſummaria probatio, ꝙ non admittatur reprobatio teſtium reſpectu perſonarum aut dictorum, nec appellatio, ut infra dicā.
7 Aliud eſt poſſeſſorium † plenum ſeu plenarium, quod ordinatur ad finem & effectum perueniendi ad ſentētiam diffinitiuam ſuper petitorio, in quo principaliter diſputatur de iure partium ſeu de proprietate, & uim perpetuam obtinet, ut poſſeſſor in poſſeſſione remaneat & defendatur donec altera pars egerit & obtinuerit in petitorio. l. exitus. ff. de acqui. poſſeſ. Et quia iſtud perpetuum affert damnum & præiudicium donec pro altera parte cognitum & pronunciatum fuerit ſuper proprietate, dr̄ plenariū iudicium, exigitur libellus, requiritur litis cōteſtatio, diffinitiua, ſnīa. ac ordo iudicii: ut per Bal. Corn. Alex. Iaſo. & alios ſcribentes cōiter in d. l. fi. Bald. & Paul. de Caſt. in locis prælleg. Rotam in deci. ccccxxxvii. in no. & Deci. in cōſi. ccccii. col. i. Et in iſto iudicio poſſeſſorio pleno ſeu plenario procedant auctoritates ſupra citatæ cum prædictis fundamētis, quia magni & cōſiderabilis præiudicii eſt, ꝙ plene probationes requirūtur admittitur reprobatio teſtium, & appell. executione tamen non retardata. Et ita ſi bene ac diligenter uidebis & conſiderabis cognoſces & fateberis uoluiſſe Bart. extrauag. ad reprimen. in uerbo, ſummarie. Felyn. in d. c. ueniens. el ii. colum. iiij. Et Lud. Gomes ſuper regula cancellariæ de non tol. iure quæſito in v. q. concludentem prædictā regulam locū propterea habere ī poſſeſſorio pleno ſucceſſiuo & effectuali, quia talis poſſeſ. eſt maximi momēti, & damnum magnum illam perdere. Regulariter ergo in poſſeſſoriis plenariis. ubi agitur de perdenda penitus poſſeſſione, & conſequenter de magno damno & conſiderabili præiudicio, requiritur plena probatio & admittuntur exceptiones requirentes altiorem indaginē, quia ſi cognitio tolleretur & prędicta etiam requirentia altiorem indaginem non admitterentur, auferretur ius partis, quod fieri nō debet, ita uult Bart. in dicto uerbo, ſummarie. colū. j. in uerſi. in hoc proceſſu. &

colum.ii.uerſicu.& idem dico. Quod tamen non procedit in remedio poſſeſſ.l.fin.C.de edic.diui. ubi non admittuntur exceptiones requirẽtes altiorem indaginem.l.ii. dicti tituli fauore ultimarum uoluntatum.& quia quæſtio pendet ex liquido, ſecũdum Bald.& alios in dicta l.ii. & fin. quæ omnia bene not. Et adde ultra prædicta quæ ſcribunt Barb.Iaſo.& Moder. in rubr.C. qui admi. uolentes ꝑ

8 † quando ille qui bo.poſ. agnouit eſ, & ectualiter poſſideret bona,dicẽti bo. poſſ. non fuiſſe agnitam intra debitũ tẽpus incumbat onus probandi, propter commodum poſſeſſionis aduerſarii quæ transfert onus probandi in alium dicto.§.commodum.Sed hanc opin. improbaui legendo prædictam rub.C.qui admi. quia fundamentum illius qui bon. poſſeſ. agnouit conſiſtit in probando agnitam,ac intra legitimum tempus agnitam.l.fi. C.qui admi.§.fin.inſti.de bon. poſſeſ.quod cũ minime faciat,& aduerſarius probauerit ſe adiuiſſe hæreditatẽ uel bonorum poſſeſſ.agnouiſſe,ac intra tempora ab ædicto pretoris ſtatuta,iuxta iura prælleg. probata eius intentione obtinere debet. l. qui accuſare, 2 contrario ſenſu.C.de eden. cum aliis adductis per Alexã.in conſil.clxxxix. col.j.lib.ii. Nec ob.§.commodum. immo facit pro opin.mea,cum aduerſarius probauerit intẽtionem ſuam, nec iura partium ſint ambigua: iuxta id quod dicitur in.§.commodum . in c.ſi a ſede.de præbend.in vi.cum aliis de quibus ibi per Iaſo.Tituli.n.erant pares quo ad datam & tempus, ideo nimirum ſi poſſidens uincit præualeatq;,cum plus quam aduerſarius habeat, poſſeſſionem uidelicet. & optime procedit quod dicitur in.§. commodũ. quod actore nõ probante &c. ſed in terminis dicti ſupra relati aliud eſt, quia aduerſarius plene probauit fundamentum ſuæ intentionis,agnouiſſe uidelicet bono.poſ. & intra tempora ab edicto limitata, uel aditionẽ hæreditatis,conuentus uero de tempore nihil probauit,ſed tantum agnitionẽ, ergo tituli non ſunt pares, neque iura partium obſcura, ideo non procedit quod dicitur in.§. commodum. cum actor probauerit intentionem ſuam, reus uero fundamentum ſuæ except.tempus ſcilicet non probauit ergo debet ſuccumbere.

9 Poſtremo aduerte quod † qñ agit de prælatione rõne prioritatis tp̃is, de prioritate non cõſtat, ſi ex priuilegio cauſæ obtinere quis debet, præferendus eſt etiam contra poſſeſſorẽ, ut patet in fiſco per l.j. cum ibi not. per Bart.& docto.C.de iure fiſ.lib.x. Idem in dote, libertate, & pia cauſa, ut per Soci. in conſil.lxvii.colũ.pen.

10 lib.iii.Quandoque † tamen commodum eſt nõ poſſidere, ut pulchre per Pet.de Anch.in conſil.clxxiiii.

SVMMARIVM.

1 *Ille ad quem bona alicuius perueniunt uniuerſaliter loco hæredis eſt.*

2 *Quis dicatur prælatus.*

3 *An ſucceſſor prælati ligetur ex contractu prædeceſſoris.*

§. Hi qui in uniuerſum ius ſuccedunt loco hæredum habentur.

IDEM dicitur in l. prætor. ſupra eo & poteſt etiam exemplificari in l. j.ff.de caſtr.pec.de quo uide quæ dixi in l.qui per ſucceſſionẽ.ſupra eod.

1 Et generaliter † ille ad quem bona alicuius perueniũt uniuerſaliter, hæredis loco eſt. l.nõ intelligitur.§. cũ ex cauſa.ff.de iu.fiſ.cum accumulatis per Alex.in l.ſi marito.ff.ſolu. matri.

& per Deci. hic. Quod autem ſub iungit Dec. de ſucceſſore in prælatu ra ut non cẽſeatur eadem perſona cũ anteceſſore, ſecundum Bald. non eſt in terminis regulæ noſtræ, quia talis non ſuccedit in uniuerſum ius. Quis
2 † autẽ dicatur prælatus, ponunt Barba. in c. quæ ab eccleſiarum colũ. j. de offic. ord. Felyn in c. inſuper. de teſti. Deci. in c. ij. col. fi. de iudi. & in cõſil.
3 cclxxxij. col. j. Et an ligetur † ſucceſſor prælati ex contractu anteceſſoris ſui, uide per Bald. in conſil. cccxiij. lib. iij. Barba. in c. ex præſentium de pign. Præpoſ. in c. unico. qui ſucceſ. tene. Afflictum in deci. regni. c. j. Iaſ. in conſil. ccxxij. lib. ij. & conſil. x. lib. x. & Deci. in conſi. clvij.

SVMMARIVM.

1 *Dolus quid ſit. Et quando ſit mortalis uel uenialis.*

L. CLXXII. Paulus,

Nihil dolo creditor facit qui ſuum recipit.

CLARA eſt & abſoluta in l. nul lis uidetur dolo ſupra eo. Equidem non conuenit hoc caſu doli diffini tio de qua in l. j. ff. de dolo. ideo nec diffinitum compętet. Et quẽadmodum ẽt ſcribit Caietanus in ſua ſumula ĩ uerbo dolus, dolus † eſt aſtutię
1 executio ſiuę per uerba, ſiue per facta ad decipiendum ordinata, & eſt peccatum uæræ prudentiæ contrarium, quandoque mortale, quandoque ueniale, ut cum intenditur deceptio iocoſa.

§. Cum principalis cauſa non cõ ſiſtit, nec ea quidem quæ ſequuntur locum habent.

L. CLXXIII. Vlpianus.

Nunquam actiones, præſertim pœnales de eadem re con currẽtes alia aliam conſumit.

IN TEX. ibi preſertim pœnales. hoc forte dixit propter rationem tex. l. nunquam plura. ff. de priua. delict. Sumitur ex l. nunquam & ex l. plura delicta ff. de act. & obl. & ex prealleg. l. nunquam plura. ad idẽ eſt tex. inſtit. ſi quadrup. paup. fec. dic. in fin. ubi glo. not. & doct. declarant materiam iſtam, quæ etiam explicatur in l. ædicta. in materia cumulationis. C. de eden. faciunt quæ ſcribit in materia Pet. de Anch. in conſi. iiii. Raph. commen. in conſil. lxxiiii. & Soci. in conſi. lxij. in ſecundo dubio. uol. i. Tex. tamẽ iſte admodũ latinus non eſt, ſi dicendi formam diligẽter ſpectaueris.

SVMMARIVM.

1 *Dolo deſinens poßidere pro poſſeſſore habetur. Et quomodo procedat.*
2 *Amplia & nu. 3.*
4 *Statutũ de poſſeſſore an habeat locũ in eo qui dolo deſijt poßidere.*

L. CLXXIIII. Paulus.

Qui dolo deſierit poſsidere, pro poſsidente damnatur, quia pro poſſeſsione dolus eſt.

SVMITVR ex ll. per glo. allẽ. concordat. l. parem. & l. ad ea. in. §. ſemper. infra eo. & in c. pro poſſeſſo re. de reg. iur. in vj. ubi eſt glo. not. hanc regulã declarans. Nota ergo
1 † ꝙ dolo deſinens poſſidere ex iuris diſpoſitione ꝓ poſſeſſore habetur.

Intellige quo ad ſui damnum, nõ autem quo ad commodum, unde ei non cauetur, licet caueatur poſſeſſori. l. hæc ſi res. & l. is qui dolo. ff. de rei uend. ſecundũ Dyn. & alios in d. c. pro poſſeſſore. Accedant quæ ſcribit Par. in conſi. v. lib. ii. de eo qui dolo deſit res fideicom. ſubiectas poſſidere, ꝙ ad reſtitutionem fideicõ. poteſt adhuc conuenjri. Et ſimiliter dicit Angel. in l. competit. in. §. fina. ff. ꝙ uiuat clam. ꝙ contra non poſſidẽtem, qui dolo deſijt poſſidere, eo mo do & forma agitur quibus concluditur ſi poſſideret, per text. in. §. fina. l. ibi prætẽdẽtis, nec eſt differentia in modo cõdemnandi, an poſſideat uel dolo deſierit poſſidere, ſed bene in modo exequendi. l. quanquam. in §. iulia. cum not. ibi per Bart. ff. de aq. plu. arc. Item intellige hanc regulam quo ad effectum iuris, quia quilibet eorum conueniri poteſt, ſed non quo ad ſubtilitatẽ, quia poſſeſſor tenet directa, doloſus utili, ut declarat Ang. in l. ii. in. §. hoc interdictũ lo ultimo. ff. ne quid in loco publ.

2 Ampliatur hæc † regula ẽt in eo qui dolo poſſeſſionem acquirere noluit. l. etiam. §. in eo. ff. de peti. hære. ubi uolente tñ poſſeſſore iuditium ſuſcipere, liberaṫ ille qui dolo deſijt poſſidere, & ſi non ſuſcipiat nõ liberaṫ, licet ꝯ dolo deſientẽ poſſidere agaṫ.

3 Item ampliatur regula † in eo qui culpa poſſidere deſijt. l. ſi culpa. ff. de rei uen. Et ſi differat talis deſiens culpa poſſidere ab eo qui dolo poſſidere ab eo qui dolo poſſidere deſijt reſpectu ceſſionis & actionis, ut in d. l. ſi culpa. de quo ẽt per Deci. in conſ. ciiij. Et ꝓpterea, uolens contra aliquem actiones reales dirigere ſolent in primis interogatoria conuento dare & facere, an talẽ rem teneat, & poſſideat, dolove aut culpa tenere & poſſidere deſierit, qui ꝓ poſſeſſore habetur quo ad ſui damnum, & reſpondere teneṫ. uide pract. Papi. in prin. ſuæ practicæ char. iij.

4 An † aũt ſtatutũ de poſſeſſore, locũ habeat in eo qui dolo deſijt poſſidere, ponũt Ioã. And. & alii. d. c. pro poſſeſſore. Are. & cæteri in rubr. ff. de acquir. poſ. Poſtremo ad declarationem & intelligentiam iſtius regulæ & prædictorũ, uide glo. & doctor. in cap. penul. de excep.

SVMMARIVM.

1 *Aſſerens ſe peritum tenetur de imperitia & culpa.*

L. CLXXV. Caius.

Imperitia culpæ adnumeratur.

SVMITVR ex ll. in gl. alleg. 1 aſſerens † igitur ſe peritum tenetur de imperitia & culpa. Vide etiã l. ii. cum ibi not. per Felyn. de homi. & quæ diximus in l. culpa eſt. ſupra eodem titu.

SVMMARIVM.

1 *Conditio dominorum per ſeruos quando fiat melior vel deterior remiſſiue.*

L. CLXXVI. Caius.

Melior conditio noſtra per ſeruos fieri poteſt, deterior fieri non poteſt.

